

I. N. I. A.

DISSERTATIO THEOLOGICA

42.

DE

ABSOLVTIONE,

DM

AFLOENINGI

Bene

quam

Diuino sub auspicio

Suffragante Vener. Fac. Theol. in Regia ad Auram Acad.

Suffultus PRAESIDIO

Summe Reuerendi atque Celeberrimi

DN. DOCT. ANDREAE BERGII,

S. Theol. Prof. Prim. Archipræp. Ab. & Eccl. Suecan.
ac adjacent. Num. Past.

Speciminis Academici loco,
publice ventilandam sistit

ERICVS LEMQVIST,

Satacundensis.

Ad diem v. D. IV. mense Iulio, An. 1741.

Loco Horisque consuetis.

ABOAE, exc. Ioh. Kiampe, Reg. Ac. Typ.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

WESTVINGTON

WESTVINGTON

WESTVINGTON


WESTVINGTON

WESTVINGTON

WESTVINGTON

WESTVINGTON

WESTVINGTON



I. N. J. A.

SECTIO I.
ONOMATOLOGICA.

Bene

§ 1.

Criticas ac prolixas circa rubrum dissertatio-
nis hujus ambages & minutias mittimus,
quoniam quid sibi velit, singulis constare
arbitramur.

2. Suadet tamen ordinis ratio, ut in notionem e-
jus breviter inquiramus, varias in foro Theologico
accepciones indicemus, & ex illis, quæ nobis jamin-
censum veniat, enoderemus.

3. *ABSOLUTIO* itaque in tota sua latitudine sumpta,
nobis nihil aliud notat, quam quamlibet a pecca-
tis eorumque imputatione, factam liberationem.

4. Dispelci commode potest, (1.) in Absolutam
seu autocraticam. (*) (2.) Fraternal (**)& (3.)
Ministerialem, cujus consideratio præcipue hujus est
loci.

(*) Absolutio Absoluta seu Autocratica à solo Deo
fit, vel (1) *IN JUSTIFICATIONE*, quum homini serio
pœnitenti, gratis, propter Christum fide adprehensum

peccata remittit, cuiusque, qui antea injustus fuit, justum censet. *Psal. XXXII. 1. 2. Esa XLIII. 25. Rom. III. 23. 24. Gal. II. 16.* (2.) *PER VERBUM* suum, idque *Evangelii*, in quo, non solum remissionem peccatorum & gratiam suam omnibus hominibus offert & promittit, *Marc. XVI. 15. Luc. XXIV. 47.* verum etiam ipsam fidem, quam cœlestia hæc dona semper & indivulso nexu comitantur. *Rom. III. 12.* in nobis operatur & producit, *Rom. X. 17.* productamque cum effectibus suis modo dictis, efficaciter confirmat & obsignat. Probe hic notandum & tenendum est discrimen, quod intercedit inter illam Dei absolutionem, quæ fit in justificatione, & inter illam, quæ verbo t. *Id justificatione* enim, tribuitur nobis & conferitur reipsa per fidem, remissio peccatorum, nosque, qui antea injusti eramus, justi propter Christum, in iudicio divino, censemur. *Evangelium* autem, præterquam quod offerat & promittat remissionem peccatorum, hanc per fidem collatam & impetratam in corde credentis, efficaciter declarat, confirmat & obsignat. (3.) *IN MORTE*, quando hominem, ad finem usque vitæ in fide perseverantem, soluto corporis & animæ vinculo, plene & plane, a peccati, non solum culpa, verum etiam a tota ejus lue, labe & radice liberat, & ad gaudia cœlestia transfert. *2. Tim. IV. 18. Apoc. XXI. 27.*

(^o) *ABSOLUTIO FRATERNA* a proximo nostro fit; Estque (2.) vel *RECONCILIATIONIS*, qua partes offensæ, delictis utrinque remissis, in gratiam redeunt, mutam injuriarum oblivionem, charitatisque non fucatæ reciprocum exercitium pollicentur & spondent: *Matth. V. 25. VI. 12. 14. 15.* (2.) vel *CONSOLATIONIS*, qua pius & fidelis Christianus, vi sacerdotii spiritualis, alterum tentatum & afflictum, verbo Evangelii erigit, ut sentiat, peccata sibi esse remissa, Deumque sibi reconciliatum.

Coll. III. 16. 1. Theff. II. 11. 12. Cfr. MART. LUTHERUS Tom. II. Altenb. p. 509. JO BRENTIUS in Comment. ad loc. Jo. XX. 23. JO CASP. HAFFERLINGIUS in Colleg. Theol. in Koenig. Loc. de Ministr. Ecclief § 972. p. 722.

5. Absolutio Ministerialis proprie sic dicta, est annunciatio vel applicatio efficax remissionis peccatorum, ab ordinario ecclesiae Ministro, vere poenitentibus ex mandato & in nomine Christi, facta.

6. Dispetei communiter solet in publicam & privatam.

7. Absolutio Ministerialis publica est, quando in publico ecclesiae cœtu, in genere omnibus vere resipiscenibus, verbo Evangelii annunciatum omnium peccatorum remissio, quo ita de gratia DEI, propter Christum certi esse possint. *Act. II. 38. 1. Jo. II. 12.*

8. Absolutio privata est, quando quibusdam tantum, vel singulis in specie, prævia confessione peccatorum, vel generali omnium, vel speciali, quorundam graviorum, Evangelium a verbi Div. ministro, de gratuita horum remissione, annunciatum & applicatur. *2. SAM. XII. 13.*

9. Hæc absolutio privata, in quatuor præcipue casibus in ecclesiis nostris occurrere & ulu venire solet.

10. Videlicet (1.) Dum homo a sopore peccati excitatus, vel in æstu tentationis constitutus, peccata, quibus præ ceteris vexatur, sub sigillo confessionis (*) confessionario aperit, & ab eo petit, ut iis absolvatur.

(*) Per Sigillum Confessionis, nihil aliud intelligimus, quam obligationem v. D. Ministri ad reticenda ea,

quæ ei in Confessione sub hâc silentii reuêta fuerunt
 Vid. JO. ANDR. QVNSTEDT, in *System. Theol. Part. III.* p.
 609.

11. (II.) Dum illi, qui scandalo ecclesiam offenderunt, prævia confessione & pœnitentia publica, (Sündpflicht) in communionem ejus recipiuntur, & ad usum omnium mediorem salutis admittuntur.

12. (III.) Dum ægroti moribundi a V. D. M:o, editis pœnitentiæ signis peccatisque agnitis, absolvuntur, & quasi viatico Eucharistiæ instruuntur.

13. (IV.) Dum ante S. Cœnam, convivæ, vel omnes in genere, vel singuli in specie, prævia confessione peccatorum, sive generali omnium, sive speciali quorundam, a V. D. M:o. consuetis ritibus, de remissione peccatorum suorum, sub conditione veræ pœnitentiæ & fidei, confirmantur.

Hoc præcipue illud est, quod in sensu famoso & solenni, apud nos, sub nomine absolutionis privatæ, venit & occurrit; observato tamen hoc discrimine, quod nonnunquam integer actus concretus, cum omnibus suis circumstantiis, inclusa etiam confessione privata, interdum autem sententia illa Sacerdotis sola, quæ remissionem peccatorum confitentibus annunciat, eo indigetetur.

Non abs re facturos nos existimamus, si paucis indicaverimus privatæ absolutionis formulam in ecclesia Evangelica, non servari eandem aut similem, sed diversitatem quandam subsisse; E. gr. Multi V. D. Ministri, hoc modo absolutionis forma utuntur, ut quisque dicat ad confitentes: *Ego ex mandato Dni nostri Jesu Christi, remitto tibi tua peccata in nomine Patris, Filii & Sp. S. quam*
 formam.

formulam LUTHERUS dedit in *Catech. min. de confess. p. m.* 380 *esr. infra* §. §. 69. 70. 71. 72. & 73. Atque hæc formula, in ecclesia Evangelica Germanica obtinet, ubi non nisi unus, duo, vel paucissimi, simul ad confessionem admittuntur, & a confessionario, recitata peccatorum confessione, absolvuntur. Apud nos autem, hinc Svecia, variat; alii namque V: D: Ministri huic formulæ strictè insistant, alii vero paulo aliter absolutionis formulam inflectunt, ut eam vel ad votum, vel ad generalem Evangelii applicationem, vel ad alios modos, forment.

SECTIO II.

HISTORICA.

14. **I**N evidentiorum ac uberiorum argumenti nostri explicationem, juvat quoque annales ecclesiasticos in subsidium & consilium vocare.

15. Initium faciemus, ab ipso auctore & institutore absolutionis, dulcissimo Salvatore nostro **JESU CHRISTO**, qui vi meriti sui, in genere toti ecclesiæ, in specie autem Apostolis, horumque in officio successoribus, commisit claves regni cælorum *Matth. XVI. 19.* seu quod idem est, potestatem remittendi & retinendi peccata, *Jo. XX. 23.* quam hi deinde, in nomine ejus exercuerunt & usurparunt, dum voce publica & privata, indefesso labore & studio, prædicarunt regnum Dei, ostensa ad illud perveniendi penitentia via, *Act. III 18. 19. 1. Cor. I. 23. 24. 2. Cor. V. 20.* eos, qui prævaricationis suæ conscientia moti, solatium Evangelii an-

anhelabant, applicatione gratiæ, per Christi meritum partæ, refocillarunt, & ad vivam vitæ æternæ spem erexerunt, *Act. II. 37. 41. IX. 12;* obnitentibus vero ac saorosis peccatoribus tamquam peccati & satanæ mancipiis, iram Dei æternumque exitium denunciarunt *Act. VIII. 20. XIII. 46.* Et illud erat a peccatis solvere, seu peccata remittere; hoc autem peccantes ligare. Factumque est, partim publice, seu in genere, partim, oblata occasione, privatim ac singulatim *Act. II. 38. VIII. 37. X. 44.* Illis autem, qui semel absoluti, canum instar, reversi sunt ad proprium vomitum, & ut sues lotæ ad volutabrum cœni, quemadmodum loquitur Petrus 2. Ep. c. I. 32. gravissimam impietatis vindictam interminati sunt, eosque, ad evitandum scandali periculum, ab ecclesiæ consortio excluderunt, ad illud non nisi animo in melius mutato recipiendos. Ceu exemplo incestuosi Corinthiaci patet, 1. Cor. V. 34. Et hic solvendi & ligandi modus fuit primus & simplicissimus.

Occurrunt quidem, quod verbo hic tantum moneo, etiam in V. T. absolutionis Ministerialis vestigia luculentissima. v. gr. Lev. IV. 2. V. 2. Sam. XII. 13 Sed quia de illis infra, commodior dabitur nobis disquirendi locus, ideo fusiore eorundem enodatione nunc super sedemus. Id tamen hic, velut in transcurso, observamus, tantum nos nobis non permittere, ut cum JO. DELITSCHMANNO in Libro A. 1698. edito: *Die Christ. Lutherische prediger, Beichte und Beichtstuhl, von dem großen Jehovah Elohim in Paradies gestiftet u. originem & natales absolutionis privaræ*

in ecclesiis nostris usitatae (§. 13.) inde jam a paradiso derivemus.

16, Sec. II. Aliquanto post tempora Apostolorum cœpit ecclesia Christi, sine dubio ex dispositione horum, severiore disciplina in flagitiosos, & enormes peccatores, v. gr. apostatas, & similes, animadvertere, iis usum I. Cœnae abauere, & pœnitentiam publicam injungere, (*) Qui adeo si rursus communione ecclesiae potiri, sacraque frui synaxi velent, prius confessionem peccatorum suorum publicam, quam Exomologesin vocabant (**), coram tota ecclesia edere tenebantur. Et sic demum a vinculis peccatorum suorum absoluebantur. (***)

(*) Quod ad pœnitentiam hanc publicam in ecclesia primitiva, quoties vel lapsi, vel excommunicati, recipiendi erant, attinet, variis ea constitit ritibus. Nam omnium primo peccator ejuscemodi enormis, (aliis enim non injungebatur) adactus fuit Exomologesin seu confessionem peccati sui publicam edere, de qua mox plura. Qua præstita, interposito judicio ecclesiae, imponebatur ei satisfactio publica, ob datum scandalum, quo innotesceret seria ejus & vera pœnitentia, vi cuius deinde per certum temporis spatium, quod pro gravitate delicti, brevius erat vel longius, comparere debuit in cœtibus publicis ecclesiae, cilicio indutus & cinere conspersus. Tondere etiam capillos, vel incedere velato capite, abstinere a lotionibus, conviviis, aliisque innocuis oblectationibus, cohibere se in usu conjugii, elemosynas erogare in pauperes, jejunare saepissime, crebro orare, operam suam ecclesiae adijcere in sepeliendis mortuis &c. teneba-

tur. Præterea necesse habuit observare omnes dies festos & publicas solennitates ecclesiæ, tumque determinatos quosdam & certos gradus satisfactionis canonicæ seu pœnitentiæ publicæ, successive & pedetentim subire. Quos videre licet apud GREG. NEOCÆSARIENSEM in *Epist. Canonica de penitentia lapsorum*. Cfr. CENTURIATORES MAGDEBURGENSES *Cent: III cap. VI. p. 127. §. qui hac de re susus agunt*. Rationes autem, hujusmodi rigoris observati, redduntur. (1) Ecclesiæ, scandalo lætæ, satisfactio. (2) Delictorum pœna, Magistratu Christiano deficiente. (3) Exemplum aliorum, ut majori studio peccata evitarent. (4) Pœnitentiæ exploratio. Quo circa probe monuerunt veteres, hæc & alia his afflicta rituum genera, non mereri remissionem peccatorum, sed esse tantum externa signa & testimonia, actæ pœnitentiæ. Sequiori tamen tempore, etiam opinio meriti us accessit. (**) Exomologesis hæc, frequenter antiquis notat, totam pœnitentiam publicam, in omni suo complexu; interim tamen, sæpe quoque strictè, confessionem solam criminum designat. Et hoc sensu illa nunc nobis venit. Cujus tunc fuit ratio: ut manifesti se teris reus, coram ecclesiâ, quasi in publico judicio, seipsum accusaret, crimen suum lachrymabundus confiteretur, veniam peteret & promitteret emendationem. Postea publica ei satisfactio, modo descripta, injungebatur.

(***) Hæc absolutio, his peragebatur ritibus: Manducebatur scilicet peccator, eodem quo pœnitentiam suam publicam peregerat, habitu, hoc est cilicio indutus & cinere conpersus, ad altare, ibique sub solennibus precibus, lacrymis, & impositione manuum absolutus declarabatur, sacræ Eucharistiæ particeps, una cum aliis reddebatur, & sic demum in plenum eccle-

ecclesiæ confortium recipiebatur. Fieri autem: solennis hujusmodi absolutio consuevit stato anni tempore, videlicet, Die viridium, quo proditus est, & s. Cœnam instituit Salvator noster. Cfr. *STAT. CACIL. CYPRIANUS*, in *libr. de Lapsis*, & præcipue *IOSEPH BINGHAMUS*, in *origin. Eccles. vol. VIII. Lib. XIX per totum p. 26 f.*

17: Sec. III. Disciplina Ecclesiastica, nunc majori cum rigore & severitate, observatur & exigitur. (* Præterea cœperunt jam hoc tempore, Christiani non pauci, conscientiaæ suæ angores quoslibet & peccata graviora, privatim Sacerdotibus exponere, & solatium ex annunciata peccatorum remissione, ab iis petere. Quod communiter ante ulum Cœnæ Dominicæ fieri suevit (**). Reclinante autem seculo hoc, rigor pœnitentiæ publicæ, aliquantum defervescere cœpit, & Exomologesis mitigari; instituto sc. in ecclesia Græca A. C. 260. qui censendi immunitatem habuit, peculiari confessionario, ἐξουσίω, seu secreti tenace, cuiq; in enormia scelera prolapsi Christiani, crimen suum clam confiteri poterant, ad præstandam tamen pœnitentiam publicam, seu satisfactionem Canonicam (§. 16) nihilominus obstructi. (***)

(*) Videatur *CYPRIANUS* in *Libr. de lapsis* & *Q. SEPT. FLORENS TERTULLIANUS*, in *Libr. de pœnitentia*. Certum erat, in plerisque cœtibus, graviorum criminum reis, veniam dandam esse, si per notissimas, quatuor pœnitentiû stationes transissent. vid. *JO. LAUR. MOSHEMIUS*, in *institut. Hist: Christ. Antiq. Sec. III. p. II. § XV. p. m. 236* De rigore Exomologeseos seu pœnitentiæ publicæ hujus avi, judicat *JOATH. LANGIUS* in *Antibarb. Tom. II. 3. d. V. cap. 2 § 9. p. 512*, quod per se, sæpe fuerit justo severior ac diu-

turnior, tyrannicaque non raro, magis quam medica & pastoralis.

(*) Non diffitente GOD. *ARNOLDO* in *Kirchen und Reherbistorie*, Part. 1, Lib. 3. cap. 5. § 16. p. 110. Ut proinde, jure meritoque, hinc jam deducamus & repetamus origines absolutionis nostræ privatæ (§ 13.)

(**) Vid. *HERMIAS SOZOMENUS*, in *Historia Tripart.* Lib. XIX. cap. 35. & *MART. CHEMNITIUS*, in *Exam. Concil. Trid.* Part. II. p. 386. seqq.

18. Sec IV. in illorum gratiam, qui privatim sacerdotibus delicta sua, sponte confiteri volebant, (§. 17. **) Constantinopoli certus ordinatus fuit pœnitentiarius, quem tamen paulo post, Patriarcha Constantinopol. *NECTARIUS* ob excessum quendam illius (*) ab officio removit; factum hoc adprobante, invito successore ejus *JO. CHRYSOSTOMO*, Hom. II. in Psal. 50. Tom. v. opp. Et ita liber cuique concedebatur ad s. Cœnam accessus, absque prævia probatione & scrutinio. Quod juste omnino reprehendit *THEOPH. GROSGEBAUER*, in *Wächterstimme* C. X. p. 168.

(*) Excessum hunc commemorat *SOZOMENUS*, in eo constitisse, quod stuprata fuerit a Diacono in templo, matrona quædam nobilis, in *Histor: Eccl.* Lib. VII. cap. 16. p. 754.

19. Sec V. Hoc ævo, auctore *LEONE M.* Episcopo Romano A. C. 450 (*) in ecclesia Latina seu Occidentali, Exomologesis publica (§. 16. Schol. **) in privatam commutata est, quod fatum, illajam Sec. III. in ecclesia Græca subiit, (§. 17. ***) Et hinc

hinc etiam Sec. III. exorta, generalis illa & privata quorumlibet peccatorum confessio (§. 17. **), nunc magis magisque adolevit, & ubique tamquam inviolabile quoddam statutum ecclesiasticum vigere cœpit (**). Præterea etiam multæ & satisfactiones, quæ hætenus, tam in Orientali quam Occidentali ecclesia, palam & solenniter exigebantur & præstabantur, (§. 16. Schol. *) (§. 17. ***) jam paulatim longe aliam induere faciem, ut in privatas & clandestinas desierint.

(*) Rationes hujus facti sui, reddit LEO M. ipse in *Epist.* 78. sequentes 1. Quia indoles peccatorum quorundam talis est, ut in vulgus propalari & cuilibet innotescere ea, non expediat 2. Quia publica confessio est carnicina conscientiarum: 3. Quia inimici confitentis, pro ratione criminum ejus, poterunt ipsum ad jus citare. 4. Multos absterret ab ingenua peccatorum suorum confessione, pudor & verecundia.

(**) Nondum tamen adactus fuit aliquis, ad omnia peccata sua, cum circumstantiis illorum enumeranda, sed in libertate cujusvis positum erat, quæ & quot peccata confiteri vellet, modo quædam ante usum S. Cœnæ confiteretur.

20. Sec. VI. VII Ex immutatione satisfactionis seu multæ pœnitentialis publicæ, in privatam, superiori seculo factam, (§. 19.) ut & ex satisfactione generali, quibus libet peccatis imposita, quæ ante hæc tempora nondum invaluit (*) varii jam abusus propullulant, qui sequioribus seculis, in fructus longe tristissimos erupere.

(*) Superioribus enim seculis, id tantum in usu erat, ut, qui criminis cujusdam notorii convictus fuerat, ad præstandam satisfactionem pro eo teneretur. Hæc autem satisfactio, cujus nunc mentionem facimus & quæ hisce temporibus exorta fuit, alias appellatur solenni vocabulo satisfactio operum, quæ injungebatur, & adhuc dum hodie in Papatu injungitur, omnibus promittæ peccata sua confitentibus, qualiacunque ea fuerint, sive notoria, sive minus, sive graviora, sive leviora, aut quocunque denum nomine veniant. Ortum traxit hoc figmentum Papale, ab hoc errore: quod Christus non pro omnibus peccatorum pœnis satis fecerit, sed tantum pro æternis, non vero temporalibus, ut pro quibus homines ipsi Deo satisfacere suis operibus possint & debeant. Ut sic hæc satisfactio operum nihil aliud importet, quam satisfactionem quandam pro pœnis peccatorum temporalibus, a Christo non præstitam, adeoque ab hominibus ipsis adhuc præstandam. *Cfr. MART, CHEMNITIUS, in Exam. Conc. Triæ. Loc. de pœnit:*

21. Sec. VIII. Ab hoc seculo jam originem suam repetit multa pecuniaria, peccatis loco satisfactio- nis operum (§. 20 *) imposta, quæ postmodum sub Taxæ pœnitentiariæ nomine, innotuit. Qua ratione ex absolutione scœdissima Conscientiarum carnificina, tribunal spirituale & simonæ pabulum, evasit.

22. Sec. IX. Hoc obscurissimo & miserimo tempore, enatum fuit ex cerebro meretricis Babylo- nicæ & Cleri Papalis, nefarium consilium, enumeratio sc. omnium peccatorum, cum omnibus suis circumstantiis, vulgo Confessio auricularis dicta. Quæ

licet demum Sec. XIII. vim legis obtinuerit, jam tamen variis in locis gliscere cœpit & radices agere.

23. Sec. X. XI. Etate hac barbara, commentus est Anti Christus Romanus, ad stabiliendam tyrannidem suam, Casus reservatos, qui nihil aliud significant, quam atrociorum quorundam criminum absolutionem, vel soli sedi Apostolicæ, falso sic dictæ, vel episcopo diœceseos, reservatam, quam adeo Sacerdos inferior, proprio auct, ex illorum quidem sententia, impertiri nequeat.

24. Sec. XII. Formula Absolutionis, hætenus in Optativo, seu quod idem est, precativè pronunciarî solita, hunc in modum: *Christus vel DEUS te absolvat*, hoc seculo indicative & potestative: *Ego te absolvo in nomine P. F. & Sp. S.* efferrî cœpit (*). Eodem hoc tempore, effluxit avaritia Papæ clerique Romani, nudinas indulgentiarum, quibus primus pœna tantum seu multa peccati, postea autem ipsa etiam culpa, relaxabatur. (**)

(*) Cfr. JOS. BINGHAM, in *Origin. Eccl. Vol. VIII. Lib. XIX. Cap. 2. §. 5. p. 213* Observandum est, hoc tantum in ecclesia Latina contigisse, in Græca autem, ne adhuc hodie quidem formula indicativa usitata est, sed in illa absolutio confertur per preces & impositionem manuum. Cfr. THOM. SMITHI *Epistola de statu hodiernæ ecclesiæ Græcæ p. 181.*

(**) De indulgentiis conferendis MART. CHEMNITUS, in *Exam. Conc. Trid. Part. IV. p. m. 706. de indulg.*

25. Sec. XIII. In concilio Lateranensi A. C. 1219, celebrato, confessio auricularis, tanquam jure Di-

vino necessaria, & ut inviolabile statutum ecclesiasticum, sancitur & stabilitur. Nundinæ etiam indulgentiales in eodem concilio confirmantur, & omnium peccatorum remissio, a Papa promittitur illis, qui sponte officium suum obtulerant, in expeditione cruciata,

ALBIGENSES seu *WALDENSES* testes veritatis, nánias & commenta cleri, de Absolutione & confessione, merito rejecerunt. Ultimo hujus seculi anno, videlicet 1300. instituit Papa *BONIFACIUS VIII.* Jubilæum, singulis 100 annis celebrandum, quo plenariam omnibus peccatorum veniam concessit, qui tunc nundinas indulgentiales Romæ celebratas visitarent. Sed hic terminus, ex auri sacra fame, mox a *CLEMENTE VI.* ad 50, a *SIXTO IV.* autem ad 25 annum, restrictus fuit.

26. Sec. XIV. Hac ætate *JO. WICLEFUS* Anglus, insignis veritatis cœlestis testis, confessionem auricularem, cum aliis commentis Papisticis lusque deque habuit & oppugnavit.

27. Sec. XV. Nunc opposuit se *JO. HUSS*, Bohemus, perverso apud Papicolas confitendi & absolvendi ritui, combustus deinde Constantiæ A. C. 1416.

28. Sec. XVI. Fervente circa initium Seculi hujus mercatura indulgentiarum, & præ ceteris impudentissime eas cauponante *JO. TEZILIO* Monacho, excitavit Deus *MART. LUTHERUM* nostrum, qui A. C. 1517. huic turpissimæ nundinationi mascule se opposuit, & Reformationem ecclesiæ feliciter exorsus est, repurgata simul a scoriis Papisticis, nitorique suo restituta doctrina de confessione & absolutione, mo-

do in libris nostris Symbolicis memorato. (*) Ex quo tempore, eadem per omnes ecclesias nostras Evangelicas, publice & solenniter recepta fuit, & usu vigere cœpit. Papicolæ autem lucem veritatis videre nolentes, in malitia sua se obfirmarunt, & in concilio Tridentino, pristina sua commenta, ut in reliquis, ita etiam hoc in puncto stabiliverunt, contralientes fulmine Anathematis, licet ex pelvi, percellendo.

(*) Signo ita per *LUTHERUM* dato, varii variis in locis, jugum Pontificium excutere cœperunt, sed multi, cupientes charybdin papismi evitare, in scyllas aliorum errorum inciderunt, dum cynosura verbi divini relicta, propria cerebri sui somnia, deperire cœperunt. Ita *ANDR. CAROLOSTADIUS*, *LUTHERI* collega, confessionem & absolutionem privatam, a *LUTHERO* abusibus expurgatis, retentam, penitus aboleri cupivit. *IO. CALVINUS* etiam, a quo *Calviniani*, alias *Reformati* nomen suum habent, in *defensione a. contra Westphalum* p. 712. abjecte admodum, de ea locutus est & scripsit, licet saniora longe, tradat in *Harmonia Evangelistarum ad Matth. XVI. 19. p. 224.* Alii tamen *Reformati*, quibusdam exceptis, præcipue moderni, æquius de ea sentiunt, quod variis eorum testimoniis comprobare possemus, si pateretur pagellarum angustia. Cfr interim *IO. ERN. GERHARDUS*, in *August. Confess. enucl. Art. XI. p. m. 181.* Quinimo in Anglia, adhuc dum hodie, uti venire privatam Confessionem & absolutionem, refert *IOS. BINGHAM*, in *Origin. Eccl. Vol. VIII. lib. XIX. append. Ad ANABAPTISTAS* quod attinet, sunt illi, tantum non omnes, privatæ confessionis & absolutionis jurati & professi hostes. Cfr. *IO. WINCKELMAN-*

NUS, in *Disp. IX de Anabapt. Cap. 2. errore 1. WERELIANE* aliique fanatici, eandem inflant tibiam. *Vid. Val. WELGELIUS in Possil. Part. 2. p. 349. SOCINIANI* sentiunt absolutorum fuisse privilegium peculiare apostolorum, adeoque cum illis expirasse. Cfr. contra illos, *IUST. CHRISTOPH. SCHOMBERGUS, in colleg. anti Socin. loc. de Min. Eccles.*

29. Sec. XVII. XVIII. Ortis exeunte sec. superiori XVII. in ecclesia nostra, funestis illis & notissimis, controversiis, ceu vocantur, *PIETISTICIS*, revocata etiam fuit doctrina de absolutione, sub incudem disputationis. Et omnium primo quidem, litera de ea moverunt *PHIL. JAC. SPENERO*, Theologi *Wittenbergen/tes* in *Libro A. 1695. evulgato: die Christi = Luthertische vorstellung/* in quo errores varios hoc in puncto, ei adscripterunt (*). Majores autem turbas excitavit *A. 1697. JO. CASP. SCHADE Ecclesiastes Berolinensis*, rejectione omnimoda Absolutionis privatae, acerbaque ejus & sarcastica impugnatione, praecipue in scripto virulentissimo: *Verderbliche praxis des Beichtstuhls/* merito ea propter, ab aliis reprehensus & castigatus. Dum *A. 1699. Essendæ* in *Westphalia*, Archidiaconus loci, *JO. MERCERUS* voce & scripto defendere orsus est: *Quemlibet promiscue, modo idoneus sit, & ei negotio aptus, posse vi sacerdotii spiritualis, publice in ecclesia docere & absolvere*, non leviter eo ipso ecclesiam nostram turbavit. *Olnabrügæ* itidem *A:o 1700. Ecclesiaste ordinario, BERNHARD. PETR. KARLIO* in sella confessionaria, amplius comparere nolente, sed praetextibus variis,

In scripto publico, factum hoc suum palliante, motus haud leves agitati sunt. Præterea *JUSTIN. TOBLNERIUM* inter, & *GOTTL. GERH. TITUM*, lectum Lipsientem A:o 1701. de admissione atrocium peccatorum, ad absolutionem & eucharistiã, multum disputatum fuit illo quæstionẽ negante, hoc adfirmante. Controversiam *SIGISM. BEERENSPRUNGII* cum *THOM. ITTIGIO*, ut & *JOACHIM. LANGII*, cum *VAL. ERN. LOESCHERO* infra excutiemus. Fanaticos aliosque separatistas, qui hoc seculo, ecclesiam nostram, facto velut agmine, infestarunt, non jam moror, utpote quorum argumenta in sectione Dogmatica examinabimus.

(*) Qvales sunt: quod docuerit, in ecclesia nostra Lutherana, plurimis in locis, abusus Absolutionis privatae, adeo invaluisse, ut usus ejusdem præ hisce, ægre conspiciatur: quod Absolutionem Sacerdotis, absque pœnitentia & fide absolvendi, nullam pronunciarit: quod omnem absolutionem ministerialem, in se hypotheticam esse, adeoque etiam hypothetice enunciandam esse statuerit. Defendit se *SPENERUS*, in scripto, cui titulum fecit: *Austrichrige Ubereinstimmung mit der Augsburgi-
sehen confession.* Cfr. *IO. GEORG. WALCHII*, Einleitung in die Religions Streitigkeiten der Evangelisch Lutherischen Kirche Part. II. p. 47. seqq.

SECTIO III.

EXEGETICA.

30. **E**xplicatis breviter iis, quæ spectant ad Onomatologiam & Historiam, absolutionis progredimur ad examinandum ejus fundamentum & indolem. Et, quia Sc. S. principium est, cui inveni, fons, e quo

hauriri, & norma, ad quam exigi debet, omnis doctrina Theologica, Deut. IV. 1. 2; ideo necesse duxi, ut, quid ex ea, de præfenti conflet materia, excuterem & perscrutarer.

31. Tria vero præcipua sunt loca, quæ sedem hujus doctrinæ constituunt & formant, videlicet: Matth. XVI. 19. XVIII. 18. Jo. XX. 23. quæque exquisitius a nobis, enodanda erunt.

Matth XVI. 19.

καὶ δώσω σοι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὃ ἐὰν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεµένον ἐν οὐρανοῖς, καὶ ὃ ἐὰν λύσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυµένον ἐν οὐρανοῖς.

EXEGESIS.

32. *DABO TIBI.* Alloquitur hic Salvator, Apostolos suos, præcipue Petrum, qui suo & reliquorum nomine, ceu patet ex versibus præced. 15. & 16. confessus est, illum esse Filium Dei viventis; quibus deinde, potestatem remittendi & retinendi peccata, sub figurata clavium regni cælorum, adpellatione, se daturum, promittit; quod etiam fideliter, post resurrectionem suam præstitit, Jo. XX. 23. ceu infra, in sequentibus, videmus (*). Habebat etenim Christus, Deus & homo, θεὸς ἄνθρωπος, Matth. IX. 2. 6. potestatem, eamque autocraticam, remittendi & retinendi peccata, unde illam etiam aliis, certo gradu certaque mensura, conferre poterat.

(*) *OBS.* I. Concredidisse autem claves has *CHRISTUM*, non soli Petro, quemadmodum nugantur Papicolæ, sed simul etiam reliquis suis Apostolis, evidentissime patet, ex Matth. XVIII. 18. Jo. XX. 23. Nec solis Aposto-
lis

lis, verum etiam omnibus legitimis eorum in officio successoribus, (vid: §. 15.) hæc commissæ sunt; imo toti ecclesiæ, quam Apostoli t. t. repræsentabant, ut recte isculeant, non nostri solum Theologi, sed etiam Patrum plerique. Vid. *AMBROSIIUS*, *Lib. 1. de panis*, cap. 2. & *AUGUSTINUS*, *Lib. 1. de doctr. Christ. cap. 18.* Probamus hoc. (1) ex *Matth. XVIII. 18* de quo infra fufius, (§. 39.) (2). Ex *1. Tim III. 15* ubi ecclesiæ appellatur *columna & stabilimentum veritatis*, per consequens, etiam hujus veritatis, de clavibus regni cælorum. Notant hic Theologi, ecclesiæ dici columnam veritatis, non *Architectonicæ*, ac si veritas ei tanquam columnæ innitatur, prout domus columna fulcitur, *Sed Politicæ*, seu in sensu forensi, quatenus ad illam, ceu columnam publicam, appensæ sunt & adfixæ, legis & evangelii tabulæ, quarum custos sit & conservatrix. Vid. *HENR. BENED. STARCKII*, *notæ selectæ Crit. Philol. Exeg. in loca dubia ac difficil. N. T. ad b. 1. p. m. 132. f.* & *SAL. DEYLINGII Observ. sacr. Parto 1. n. XVI. p. m. 317. f.* (3) Verbum Dei est depositum ecclesiæ, ergo etiam claves regni cælorum ad illam pertinent, quia in applicatione & usu hujus verbi, unice consistunt. Recte proinde dicitur, in *ART. SMALC. Part. III. c. 7. p. 230.* *Claves, sunt officium & potestas N. B. ecclesiæ a Christo data, ad ligandum & solvendum peccata.*

OBS. II. Quia vero in ecclesia Dei omnia ordine ac decenter fieri debent *1. Cor. XIV. 40.* nec omnes omnia possunt, nec si possent, multum proficerent, si idem singuli agerent, instituit Christus peculiare ministerium verbi *Matth. I. 25*, seu *Oeconomus*, & dispensatores mysteriorum salutis, *1. Cor. IV. 1.* quos dum ecclesia vocat & eligit, concedit ipsis simul facultatem, publico

blico nomine, jura sua administrandi, quo circa etiam, legitimum clavium exercitium illis committit. Ut sic, potestas clavium, ad ecclesiam pertineat *radicaliter*, ad ministros autem *derivative*, ratione exercitii, quemadmodum, cum aliis Theologis, monet GOTTL. WERNSDORFFIUS, in *differt. de fund. Conf. & Abl. privata*, Vol. I. *disp. p. 919*. Ita pulcherrime omnia conspirant, ut suum toti ecclesie privilegium, sartum tectum que maneat, ac juxta tamen caveatur, ne quisquam illud temere ad se trahat, nec exercere publice audeat, nisi rite ministerio verbi initiatus & adscriptus.

OBS. III. Casum tamen necessitatis, hic excipiunt Theologi, in quo, Christiano cuilibet, vi sacerdotii spiritualis, *1. Pet. II. 6.* proximo suo, de peccatis suis anxio, & in æstu tentationis constituto, licitum est, verbo evangelii, remissionem peccatorum, & gratiam Dei, annunciare & applicare. *1. Thess. V. 14.* (vid. §. 4. **) Sic media via tutissimi incedimus, ut neque cum sacrilegis Papicolis, neque cum omnis confusio- nis patronis, Anabaptistis & Fanaticis, quicquam commune habeamus.

Cfr. MART. LUTHERUS, Tom. II. Altenb. p. 306. ERASM. SARCERIUS, in Possil. Evang. Dom. Quasim. p. 190. JO. HENR. MAJUS, in Theol. Evang. Dom. quasim. p. 123.

33. CLAVES (*) REGNI COELORUM, h. e. facultatem & potestatem. (***) regnum Christi, vere pœnitentibus & credentibus, per annunciationem Evangelicam remissionis peccatorum, referandi; idemque regnum, impœnitentibus, retentis, per verbum legis, ipsorum peccatis, occludendi. Ut sic, claves hæc regni cœlorum, consistant in ministerio verbi,

bi, cui competit potestas applicandi promissiones Evangelii ad fideles, comminationesque legis, ad incredulos & impenitentes. (***)

(*) *Claves* dicit Christus in plurali numero, ad designandam, non quidem duplicem specie diversam potestatem, sed duplicem effectum & exercitium, unius ejusdemque potestatis, pro renata, cum ad retinendam, tum ad remittendum peccata.

(**) *Claves* etenim in Sc. S., semper potestatem & facultatem, qualiscunque ea sit, figurate involvunt, quemadmodum ex inductione locorum, in quibus vox hæc occurrit, v. g. *Esa. XXII. 22. Luc. XI. 5.* (ubi clavis cognitionis, nihil aliud notat, quam potestatem docendi homines scitu & creditu necessaria ad salutem) *Apocal. I. 18. III. 7. &c.*, ad oculum patet. Sic quoque apud Judæos obtinuit, quod in solennibus promotionibus, claves, ad designandam facultatem & potestatem, promovendis tradi consueverint. vid. *GEORG. VRSINUS, in Antiq. Ebr. Acad. p. 172.*

(***) Notandum hoc erit, contra *Calvino reformatos*, quorum multi per *claves regni cælorum*, hic nihil aliud intelligunt, quam disciplinam ecclesiasticam. vid. *HENR. HAMMONDUS, in comm. ad b. 1. & PET. VAN MASTRICHT, in Theol. Theor. Pract. Lib. VII. cap. 6. p. 946.* Sed illa disciplina ecclesiastica partem tantum clavium constituit, involvendo videlicet ligationem & solutionem, notiorum duntaxat peccatorum; potestas autem clavium latius patet, & versatur circa omnia peccata, non tantum enormia & manifesta, sed etiam subtilia, abscondita & soli Deo nota. vid. *Art. Smale. p. III. p. 330.*

34. Diximus, (§ 32 **) *claves semper denotare,*

potestatem quandam & facultatem. Sed quemadmodum omnis potestas æqualis non est, verum gradus admittit; ita nec claves semper eandem auctoritatis & potestatis mensuram notant. In duplici etenim sunt differentia. Ut aliæ, sint claves *authoritative, regales & politice*, plenam, absolutam, & independentem indigitantes potestatem. vid. *Ap. I. 18. III. 7.* Aliæ *ministeriales, dispensatorie & œconomice*, dependentem tantum & ministerialem potestatem designantes, qualis est œconomorum, ancillarum clavigerarum, ceterorumque dispensatorum. Has non illas a Salvatore, ministris ecclesiæ concreditas esse urgemus. Ut sc. nomine & verbis ipsius & ecclesiæ, claudant & aperiant, ligent & solvant, Adeoque ex arbitrio proprio nihil hic committant, sed ex præscripto, voluntate & ordine Christi, tanquam ministri & dispensatores ejus, officium suum faciant. *Act. XIII. 38. 1. Cor. IV. 1. 2. Cor. V. 20.*

35. *UT QUICQUID LIGAVERIS IN TERRA, ERIT LIGATUM IN COELIS, ET QUICQUID SOLVERIS IN TERRA, ERIT SOLUTUM IN COELIS.* h. e. Hujus, tibi tuisque *collegis* a me datæ potestatis, ea erit vis & efficacia, ut quorumcunque peccata, juxta tenorem a me præscriptum, non remiseris, quum sint impii & impenitentes, illi nec a Deo, remissionem illorum consecuturi sint; illi autem, quibus remissionem peccatorum, observato justo ordine & modo, annuntiaveris, certissimi esse poterunt, a Deo etiam sua sibi remissa esse peccata.

Si quærat, quod nonnullos quoque movit: *Cur Salvator, tam abrupte quasi, & velut ex improvviso, a metaphora clavium, transierit ad aliam, huic non respondentem, ligationis sc. & solutionis, quum melius quadrasse videatur occlusionis & refectionis metaphora.* Respondemus verbis SEB. SCHMIDII, in Fascic. Disp. Theol. Phil. Disp. XII. §. 15. v. 718. ita hæc de re verba facientis: *Verba ligare & solvere, nova quaedam metaphora, de clavium regni cælorum officio usurpantur, non quasi claves ligent aut solvant, cum constet, clavium esse aperire & claudere, Sæc referuntur hæc duo verba ad rem clavium, sicut in Sc. S. millies notare licet, constructionem & verba ad rem fieri & accommodari, & non tam ad verba.* Verborum itaque Christi hunc sensum esse docet: *Et dabo tibi claves regni cælorum, nec non, consequenter æterni carceris, sine quibus, illa esse nequeunt, & quicquid tu ligaveris carcerique includeris, ita, ut regnum cælorum illi claudatur, nec ingredi possit in illud, illud ligatum sit in cælis, regnumque cælorum illi clausum; quicquid vero solveris a vinculis æterni carceris, ita ut regnum cælorum ad ingrediendum aperias, illud solutum sit in cælis, regnumque cælorum illi apertum.* Paulo aliter hæc explicat GEORG. CALIXTUS, in Harm. Evang. ad h. l. qui hic respexisse Salvatorem contendit ad ligationem s. solutionem vinculorum s. catenarum, quæ appositis seris impingi, & ope clavium removeri solent.

36. QVICQUID LIGAVERIS. Locutio metaphorica ligandi, h. l. nihil aliud significat, quam impenitentibus, denunciata æternæ maledictionis sententia, peccata retinere, aut non remittere. Hæc significatio verbi ligandi, adstruitur ex Matth. XVIII. 18. ubi in præcedentibus Salvator de reconciliatione tra-

terna agens, gradus svasit admonitionis, ut sc. lædens primo a læto, solitarie reprehendatur, hinc aliis præsentibus demum si obstinatus permanerit, contumacia eius ecclesiæ indicetur, quam si quoque spreverit, pro ethnico habendum iussit. Et hinc subjunxit: *Amen dico vobis, quæcumque ligaveritis, etc.* manifesto indicio, retentionem peccatorum illum intellexisse.

Quid præterea hæc ligatio peccatorum importet, quæ ejus vis & efficacia, quisque usus & reliqua, nostri non patitur instituti ratio discutere, aliquid horum potest ex oppositione absolutivis intelligi.

37. *IN TERRA*; Synechdochice sic dicitur, pro hominibus in terra viventibus. *ERIT LIGITUM IN COELIS*. h. e. ab ipso Deo, qui in cælis, propter eminentiam & maiestatem, esse dicitur, Luc. XI. 2 rati- habebitur, dum modo ex præscripto Ejus, tantum ob impenitentiam ligatio illa fiat. *Elaï. V. 5. 6 Jer- II. 19.*

38. *ET QUICQUID SOLVERIS IN TERRA ERIT SOLUTUM IN COELIS*. Metaphorice hæc accipiuntur, de absolutione peccatorum ministeriali & vicaria, quæ qualis sit, infra videbimus. *Cfr. § 37.*

Licet hæc in se clara sint & perspicua, sunt tamen non pauci eruditorum, qui hic, cum primis circa significationem vocum *ligandi* & *solvendi*, a nobis dissentiant. Quos inter agmen ducit, 10. *LIGHTFOOTUS*, in *Horis. Ebraic. & Thalm.* ad b. l. Tom. 11. opp. p. 336. Suffragantibus, 10. *SELDENO*, in *Tr. de Synag. Ebraor. Lib. 1. c. 9* *CAMP. VITRINEA*, in *Synag. Vet. Lib. 3. part. 1 p. 754.* *SAL. van TIL.*, in *comment. ad b. l.* *JAC. USSERIO*, in *Harm.*

Evang. ad b. l. p. 357. JOACH. LANGIO, in Antib. Tom. 12. p. 62. HERM. VON DER HARDT, in pref. ad Lutheri in S. f. tom. p. 30. & aliis. Contendunt hi uno ore, voces ligare & solvere, ex antiquissima & communissima Ebraeorum phraseologia, praesertim usu Scholæ Hellenicæ & Schammæanæ, adhiberi solitas fuisse, in doctrina de judiciis seu censuris, de rebus licitis vel illicitis secundum legem. Adeo ut *ligare*, secundum illos, idem denotet ac prohibere, seu prohibitum declarare, *Solvere* v. idem ac permittere, & declarare licitum. Ut adeo Salvator hic Petro & collegis ejus, concesserit facultatem veram doctrinam explicandi, & quid licitum quidve illicitum sit, determinandi. Robur hujus sententiæ suæ quaerunt (1.). Ex contextu, quod Christus non loquatur, de personis, sed de rebus, cum non dicat *ὄν*, sed *ὁ εἰς ἁγίων*, nec Matth. XVIII. 18. *ὄσα* sed *ὅσα εἰς ἁγίον*. 2. Exinde, quia in Scholis Hebraeorum *לשון* & *שפה*, in eo sensu, quem illi urgent, saepe occurrit. Quocirca, ad innumera provocant loca Talmudica. Sed reponimus, 1.) Quod ad primum attinet argumentum, ex contextu peti- tum, notissimum & vulgatissimum, in Sc. S. est, quod subjectum universale, per neutrum designetur. vid. IO. III. 6. (2.) ad secundum dubium respondemus, cum GOTTF. OLEARIO, in observ. sacris ad b. l. p. 455. Non ex qualicunque usu vocum sensus alicujus textus est determinandus, sed potissimum ex sensu circumstantiis, locisque parallelis. Præterea, non minus receptus Judæis, phraseos *לשון* & *שפה*, seu *לשון* & *לשון*, significatus est hic, quem nos urgemus, qui non ex putidis rabbinorum lacunis, sed ex ipsis limpidis Sc. S. fontibus derivatur. Cfr. IO. BUXTORFFIUS P. in Lexico Chald. Talm. Rabb. qui

probavit ex variis dictis scripturæ V. T. NON denotare vincire, ligare, obligare, licet apud Rabbinos significet, prohibere, vetare. Idem BUXTORFFIUS quoque, l. e. observat, ex variis testimoniis V. T. PIV , NIV significare solvere dissolvere, resolvere, quod ligatum, clausum, compactum aut conjunctum fuit; inde apud Rabbinos, solutum, liberum, permissum reddere, permittere. Et SEB. SCHMIDTUS, in *Disq. Theol. Philol. diss. XII. p. 71. (3.)* Nullum, ne minimum quidem in textu habetur vestigium, de liciti alicujus vel illiciti determinatione. Cfr. IO. REINH. RUSSE, in *Harm Evang. Tom. 1. Lib. V. P. I. p. 191. f.*

Matth XVIII, 18.

$\text{Ἄμὴν λέγω ὑμῖν, ὅσα ἐὰν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεσμευμένα ἐν τοῖς οὐρανοῖς; καὶ ὅσα ἐὰν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένα ἐν τοῖς οὐρανοῖς.$

EXEGESIS.

39. Licet hic locus iam ex iis, quæ supra ad Matth. XVI. 19. diximus, satis perspicue intelligi possit, (p. 36.), placet tamen pauca addere. *Amēn dico vobis, quæcumque ligaveritis &c.* in antecedentibus Salvator locutus erat de gradibus admonitionis seu correptionis fraternæ, quando quis ab alio injuria quâdam læsus est: Ex quibus ultimum gradum definit, ut res ad totam ecclesiam, ejusque reprehensionem, deferatur, quam, si contumax ejuscemodi homo præfracte sperneret, pro ethnico & publicano, habendum præcepit, h. e. pro tali, qui non sit amplius membrum ecclesiæ, quiqve adeo nec a Deo, peccati commissi, cujus pœnitentiæ non tactus, recte præsumitur, consecutus sit remissionem. *2. Theß. III. 14.*

Has

Hac autem de re, ne quis dubitaret, neque hoc leve & exigui momenti esse putaret, si ab ecclesia, vel illius nomine, a v. D. Ministris peccatorum retentio & legis maledictio illis annuncietur, addit Salvator optimus; *Amen dico vobis Quaecunque &c b. e.* interprete IO. FRANCO. BUDDEO, in *inst. Theol. Dogm. Lib. V. c. IV. §. 16. p. 1262.* Frustra remissionem peccatorum, a Deo expectabunt, quibus, ceu hominibus incredulis & pertinacibus, a vobis peccata fuerint retenta; quemadmodum contra, quibus rite a vobis peccata remissa sunt, illi certissimi esse queant, a Deo ipso, etiam peccata sibi remissa esse.

Jo. XX. 23.

Καὶ ἰσὺς εἶπὼν, ἐπιφύσσησθε, καὶ λέγει αὐτοῖς· λαβέτω πνεῦμα ἅγιον. ἃ ἂν ἴνωσ ἀφῆτε ἐπὶ τῆς ἀμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς. ἃ ἂν ἴνωσ κενήητε, κενήησονται.

EXEGESIS.

40 Antequam ad ulteriorem hujus loci explanationem progredimur, in antecessum sciendum nobis erit, hoc dictum omnino esse parallelum, cum superioribus Matth. XVI. 19. XVIII. 18. & promissas quondam (§. 32.) Apollolis, eorumque successoribus, claves regni cælorum, hic jam exhiberi. Sc. quod Salvator antea Matth. XVI. 19. figurata & impropria locutione *ligationis & solutionis* enunciavit, hic iam mentem suam magis propriis verbis, expressa remissionis & retentionis peccatorum, mentione, interpretetur & explanet. Non male scribit in hanc rem, HENR. HAMMONDUS, in *Comment. ad b. l. p. 1306.* Potestas hic data, est ipsa potestas ligandi & solvendi, idem sunt *δέν & κενήω*, & utroque verbo

verbo, LXX. reddunt Hebraeum $\gamma\lambda\delta$, Dan. X. 8. XI. 9. nisi quod *deus* proprie fit *ligare*, $\kappa\epsilon\alpha\lambda\acute{\epsilon}\omega$, ligatum *retinere*. $\text{A}\delta\iota\acute{\epsilon}\alpha\iota$ & $\lambda\upsilon\epsilon\acute{\iota}\nu$ idem sonant, & utrumque denotat remissionem peccatorum, illud tamquam debiti, Matth. VI. 12. aut captivitaris, Luc. IV. 18. hoc tamquam vinculi, Gen. IV. 13.

Contrariam hic fovet opinionem, supra iam notatus a nobis *IO LIGHTFOOTUS*, qui *l. c. ad IO XX. 23.* opinatur, potestatem hic datam, remittendi & retinendi peccata, non esse potestatem ligandi & solvendi Matth. XVI. 19. XVIII. 18: tum quia illa ante donata sit, & jam novum aliquid largiatur Salvator, quod actione tam nova & insolita, sc. insufflatione testatur, tum, quia illa fuerit circa articulos & decisiones legis, haec autem sit, circa personas & peccata hominum. Sed tanti haec non sunt, ut assensum cuiusquam mereantur; quilibet enim sacrarum literarum scrutator haud difficulter videt, prius dubium nullius esse momenti, quia hic, quod antea Salvator promisit, solenniter nunc exhibet, (§. 31.). postorius autem, nudam esse petitionem principii. (vid. § 38. schol.)

41. *ET INSUFFLANS EOS, DIXIT: ACCIPITE SP. SANCTUM.* Quod *LUTHERUS* de *DEO* alicubi ex vero pronuntiavit, Eum non verba, sed res loqui, id de Christo etiam verum esse hinc elucet; eo ipso enim, quo apostolis suis dixit: *Accipite Sp. Sanctum*, etiam eos insufflavit, & sic quod dixit, re ipsa contulit. Si quis hoc dubium moverit: *Cur, & cui bono, Salvator hic, Sp. Sanctum apostolis suis impertiverit quum sine omni dubio, Eum iam antea habuerant, ut proinde di-*

si non possint, vel nunc, vel die Pentecostes demum S. Sanctum accepisse. Ad quod parata est responsio. Quod Apostoli Sp. Sanctum antea acceperint, quoad dona propriæ sanctificationis, nunc autem, Eundem acceperint ratione uberiorum donorum administrationis; in die autem pentecostes accepturi essent Eum ratione miraculorum donorum. Cfr. ABR. CALOVIUS, in Bibl. illust. ad h. l.

42. SI QUORUM REMISERITIS PECCATA, REMISSA SUNT EIS &c. Coluto sic apostolis Sp. Sancto, ulterius conceditur illis potestas remittendi credentibus peccata, retinendi autem eadem incredulis.

Si quorum remiseritis peccata, remissa sunt eis. Videlicet in cælo. Matth. XVI. 19, adeoque coram iudicio divino (§. 57.). Sentus est: Quicumque in terra penitens est & peccata tua agnoscit ac fatetur, simulque in Christum credit ei que in nomine DEI, eo intuitu, a vobis peccata remittuntur; tum non tantum, propter fidem ipsius, quæ semper comitem habet remissionem peccatorum, ei peccata coram DEO remissa sunt. sed insuper, illa remissio, quæ tali a vobis annuntiatur, in solatium ipsius tanto efficacius. & robur fidei firmius, in cælis quoque rata habebitur & confirmabitur. (cfr. §. 59. *)

43. Notandum hic & tenendum erit, privilegium hoc, remittendi & retinendi peccata, non fuisse peculiare solum Apostolis, sed omnibus quoque eorum in officio successoribus concessum. Quod probamus, I. Quia potestas remittendi & retinendi peccata, eadem

eadem est, cum potestate clavium (§ 40). hæc autem competit ecclesiæ (§ 32. n. 1.), & per ecclesiam V. D. Ministris (§ 32. n. 2.), sequitur ergo eo ipso, etiam potestatem remittendi & retinendi peccata, competere adhuc hodie iisdem. II. Potestas remittendi & retinendi peccata, exercetur per verbum DEI, ejusque prædicationem & annunciationem (§ 33.), & verbum DEI, etiam illud medium est, per quod DEUS nobis, adhuc hodie, remissionem vel retentionem peccatorum annunciat (§. 4. Schol. * n. 2.), Jam quia certi sunt a DEO constituti huius verbi Ministri & præcones (§. 32. n. 2.), qui illud adhuc hodie prædicent & applicent, Eph. IV. 11. 12. Luc. XXIV. 47; Sequitur necessario, datam hic Apostolis potestatem remittendi & retinendi peccata, per verbum (§. 42), etiam illis competere, qui idem gerunt ministerium. III. Quum non ignoraret Salvator dulcissimus, quantum solatii, beneficium Absolutionis seu potestatis remittendi peccata, piis & cumprimis afflictis hominibus adterat, voluit omnino, ut, se in cælos visibiliter sublato, Apostolisque denatis, idem etiam postmodum in ecclesia maneret, utpote quod, bonitati, clementiæ & misericordiæ ejus, valde consentaneum est.

Præterquam quod supra (§. 28. °), contra Socinianos pronuntius, notandum hoc quoque nobis est contra quosdam Novarientes & Caco-politicos, qui ad Apostolos solos, privilegium hoc remittendi & retinendi peccata restringunt, vel saltem ita explicant, ut pateat, eos vix hodie ullum tale privilegium agnoscere.

att dig
 O Gud
 mitt
 affert
 bana
 min
 fonten
 Karsta
 reara
 bor min
 natt skall
 hojas
 dig til
 dra mitt
 hjerta
 vet att
 da mig
 lion

Atque hoc nomine salutari merentur HUGO GROTIUS, in *Comment. ad. b. l. PHILIP. LIMBORCHIUS*, in *Theol. Christ. Lib. V. c. 77. §. 13. IO. CLERICUS*, in *Animadvers. ad Hammonai paraph. ad. b. l. IO. LIGHTFOOTUS*, in *Horis Ebraic. Tabn. ad. b. l. IO. GEORG. PERTSCH*, in *Rechte der Weichtestuhl p. 57. Omnes autem impudentia superavit, IO. CONR. DIPPELIUS*, qui omnes, licet sanctissimas veritates, scurrili lusu sugillavit, ac si singulis vitiis impunitatem spondisset, in *der Summarischen Glaubens Bekantnis. Art. X. p. 439* Hi communiter fere, concedunt quidem potestatem remittendi & retinendi peccata, a Salvatore hic dari, sed quæ dono miraculorum innixa sit, adeoque locum habere nequeat, ubi hoc amplius non vigeat. Unde *Id. remittere peccatum*, non uno modo ab illis explicatur, sc. vel per receptionem alicujus ad communionem ecclesiæ, idque vel per administrationem baptismi, aut per disciplinam pœnitentialem, vel per liberationem credentium a morbis & infirmitatibus, vel per donationem Spiritus S. seu quod idem est, donorum miraculorum Spiritus S, sub initio N. T. fidelibus obtingere suorum.

Retinere autem illis denotat, vel excludere a communione ecclesiæ manifeste sceleratos, & tradere eos satanæ, vel ferire impios morte aut plaga aliqua corporali, aut immittere ipsis mala quæpiam. Nos, licet lubentes largiamur, Apostolis charismata extraordinaria circa præconium evangelii a Salvatore concessa fuisse, remissionem quæ adeo ac retentionem peccatorum majori cum virtute ac potentia exercuisse, ac hodie, cessante dono miraculorum, doctoribus ecclesiæ licet, idque eo magis, quo facultate instructi erant hypocritas & impenitentes a vere credentibus discernendi. In-

terum tamen hinc non sequitur, neque ullo argumento probatur, Salvatori, hic tale quid quale illi contendunt, in mentem venisse.

Nec valet si cum hodiernis Separatistis & Fanaticis dicas, potestatem illam remittendi & retinendi peccata, ab iis solis exerceri posse, qui ex immediata & speciali revelatione Divina, prout Apostoli, intimos cordium humanorum recessus norunt, & ita inter hypocritas & vere fideles, discrimen facere valent. Resp. Tales præsentas ac venditatas immediatas revelationes non agnoscimus, neque cordium scrutinium aliis nisi soli DEO tribuimus. Et licet hoc pro certo V. D. Ministris non constet, quinam absolvendorum, penitentes sint vel non, existimamus tamen, non dissimilem hic obtinere rationem ab illa, quæ olim circa missionem Apostolorum ad Iudæos, *Matth. X. 12. 13.* valuit; quos Salvator tunc iussit, ut ingredienti domum aliquam, pacem ei optarent, quæ domus si digna esset, veniebat pax eorum super eam, sin minus, redibat ad Apostolos pax ipsorum.

44. Paucis tantum supra monuimus (§. 15. Schol), etiam in V. T. occurrere quædam vestigia Absolutionis Ministerialis, ejusque tam publicæ (§. 7.), quam privatae (§. 8.), Nunc paulo uberius, quemadmodum spondimus, in hæc rem dicturi sumus.

45. Præcepta de Absolutione leguntur *Lev. 1. 5b* *Is. 40. 20. 31. 35. c. V. 5. 6. VI. 7. c. XVI. 21.* ubi agitur de reconciliatione peccatorum, tam generali

torius ecclesiæ Iſraëliticæ, c. IV. 13. quam speciali quorundam in individuo pœnitentium, c. IV. 27. per certa sacrificia, c. IV. 3. 28. idque per ministerium sacerdotum, c. IV. 31 c. VI. 7. Commemorantur hic, qui veniam delictorum, tam per ignorantiam commissorum, c. IV. 3. 22. c. V. 17. quam contra conscientiam patratorem, c. VI. 2. 3. per sanguinem victimæ quærunt, s. IV. 5. 6. 18. c. V. 9. iique vel in genere, tota ecclesia, c. IV. 13. c. XVI. 30. Num. V. 7. vel in specie, quidam tantum, c. IV. 22. 27. c. VI. 2. accedunt ad Sacerdotem, c. V. 16. c. VI. 6. ac ingenue fatentur suam culpam (uaque peccata, c. V. 5. c. XVI. 21: quibus deinde, post sacrificium fide oblatum, c. V. 6. per Sacerdotem venia delictorum annunciat, a DEO ratihabita, c. IV. 20. 26. 31. c. XVI. 30. sicque cum DEO reconciliati per Sacerdotem, discedunt, *ut in II. cc.* Hæc, si quoad potiora momenta, cum absolutione nostra publica & privata contuleris, nisi præjudiciorum tenebris circumfusam habueris mentem, apertam videbis similitudinem, & manifestissimam convenientiam.

46. Præceptis de Absolutione, jungimus exemplum in V. T. quoque obvium. Occurrit illud 2. Sam. XII. 11, 12, 13. ubi mentio fit *Nathanis Prophetæ*, Davidem adulterii & homicidii sceleribus obstrictum, *absolventis*. Habemus hic absolvendum, eumque gravissimorum peccatorum reum, regem

Davidem, sua delicta confessionario tuo Nathani, corde contrito confitentem. Habemus etiam hic absolventem Nathanem, qui prius Davidem absolvendum severe corripuit, eumque criminum suorum efficaciter convicit. Et hinc comperta ex certis signis ejusdem pœnitentia, nomine DEI, remissionem gratiolam peccatorum ei annuntiavit.

47. Dignum etiam observatu ac commemoratu est, illud absolutionis exemplum, quod sub initio N. T. est conspicuum. Videlicet Matth. III. 1. & 6. coll. Marc. I. 45. ubi sermo est de Johanne Baptista, populum Judaicum, prævia confessione & pœnitentia seria, absolvente & deinde baptizante. Confessionarius seu absolvens hic est Baptista, in deserto pœnitentiam & appropinquationem regni cœlorum concionans & prædicans; accedunt ad illum absolvendi, insigni numero, ex omnibus vicis & urbibus Judææ, Jerosolymis & regione vicina Jordani, confitentur ingenuè delicta sua, & absolutionem seu remissionem peccatorum suorum, ab ipso, sub sacro baptismatis sigillo, adipiscuntur.

Vid. GOTTL. WERNSDORFFIUS, in *Disp. de fundamento Conf. & abs. priv. A. 1717. vol. I. Disp. p. 907.*

SECTIO IV.

DOGMATICA.

48. **I** Actis ex S. litteris absolutionis fundamentis, iisque juxta formam sanorum verborum evidenter explicatis, inoffenso pede nunc pergimus, ad

ad partem argumenti nostri dogmaticam leviter adumbrandam.

49. Initium facimus ab ipso DEO. O. M., a quo omnis absolutio nostra pendet, quiq; solus, peccatis nostris gratiosissime ignoscit, dum corde contrito, & viva in Christum fide, ad illum supplices confugimus. *Ex. XLIII. 25 Marc. II. 2.* Hic enim supremus & unicus ille legislator est, quem peccatis nostris offendimus, *Psal. LI. 6.* qui salvare nos potest, peccata nostra remittendo, & perdere, eadem retinendo *Jac. IV. 12.* Unde etiam absolutio ejus, *Autocratorica est, absoluta, principalis & independens.* (§ 4. Sch. *)

50. Absolvit autem DEUS hominem, dum vel a. *Elu* illum justificat (§. 4. Sch. * n. 1.), vel etiam, dum in verbo suo declarat omnem fidelem justum, consequenter a peccatis absolutum (§. 4. Sch. * n. 2.). Et licet neminem hodie ita absolvat, ut olim Christus in terris agens, expressis verbis, *Luc. VII. 48;* tamen vicem immediatæ DEI vocis supplet Scriptura S, in hac enim DEUS clarissimis verbis, majorem constituit universalem: Quicumque credit in Christum, ille est justus & a peccatis suis absolutus *Jo. III. 16;* Sub hac, dum quilibet credens in Christum, potest de se subsumere: Ego credo in Christum, sequitur conclusio, ergo ego sum iustus & a peccatis absolutus. Quæ conclusio, quum ob majorem revelatam, sit fidei Divinæ, per eam ipsam

plam homini credenti, DEUS justificationem declarat, h. e. eum absolvit.

Cf. IAC. CARPOVIUS, in Theol. revel. Tom 2 part. 1, c. 8. §. 1033. p. 936.

51. Quia vero idem hic DEUS, instituit inter homines ministerium verbi, 1. Cor. IV. 1. (§. 32. n. 2.) vel ut Paulus, 2. Cor. V. 18, illud appellat, ministerium reconciliationis, per certos, a DEO vocatos, Rom. X. 15. & ab ecclesia electos homines, Act. 1. 25. 26. administrandum, Act. XX. 28. eidemque potestatem dedit, per verbum, remittendi peccata (§. 32. 40.); Sequitur illis, qui ministerio huic initiati sunt, & quidem adhuc hodie (§. 43.), competere illam facultatem remittendi peccata, vel quod idem est, homines absolvendi.

52. Dum autem DEUS absolutionem hanc ministerialem instituit (§. 51.), nequaquam renunciaſſe, potestati suæ autocraticæ remittendi peccata, censendus est (§. 49), aut eam, tantum medianteſſe sacerdotibus exercere voluisse, vel extremam duntaxat sibi provocationem adversus hos, reservasse. Alias certe incassum invocarem Eum; *Et remitte nobis debita nostra, Matth. VI, 12.* Sed quia illos Ministros verbi sui, per quod ipse credentes absolvit (§. 50.), cum potestate illud suo nomine, annunciandi, inculcandi & applicandi constituit, 2. Cor. VI. 20. (§. 51.) eo ipso etiam absolutionis suæ ministros eos constituit, ut sc. suo nomine credentibus, verbo

bo evangelii remissionem peccatorum prædicent, annuncient, applicent *Luc. XXIV. 47. Jo XX. 22. 23.* Et sic patet, sacerdotes ideo quia ministri evangelii sunt, ministerialiter remittere peccata, non secus ac salvare homines iidem dicuntur, *1. Tim. IV. 16.* quod verbum salutis prædicent & annuncient, quodque deinde ad cor admissum salutem operatur: legati enim DEI tantum sunt, *2. Cor. V. 20.* & ministri ejus, *Jes. I. 9. 13. 1. Cor. III. 15.* *

(*) Ex hiis jam constat, quam temerarii sint illorum ausus, qui hodiernos ministros ecclesiæ, nec mandatum, nec jus, nec aptitudinem ad absolvendum habere, garrunt. Adeoque absolutionem ministerialem, quantum in se, rejiciunt, evertunt & tollunt. Ex horum cohorte est, *IO. CONR. DIPPELIUS*, qui in *Wegweiser zum verlohrenen Licht und Recht, Part. 1. p. 672.* de absolutione Sacerdotali scribit: Ich verwerffe diesen Kirchen-Mißbrauch, der auch, in seinem besten Gebrauch, nicht als Breuel zeiget, & sic in aliis scriptis suis passim. Pollicem ipsi subtrigunt ejusdem fururis alii, ut *IO. ADAM. RABE*, in dem *Enbrantzen EHa*, p. 100. *IO. GEORG ROSENBAACH*, in den *Ernaden vollen Fñhrung* p. 190. & modernorum Separatistarum plurimi, quorum nugis immorari pudet. Reliquos, qui non tam ipsam absolutionem ministerialem oppugnant, sed absolutionem privatam, quæ S. Cœnæ præmitti solet, in specie infestant, mox notabimus.

53. Quia ministerialis hæc absolutio dependens est (§. 34. 31.), & fit auctoritate aliena, videlicet DEI (*ibid*); Sequitur, illam etiam ad præscriptum & voluntatem Ejus esse adstrictam (§. 34. 42. 52.); per
COR-

consequens, quia DEUS non vult aliis peccata remittere, quam pœnitentibus (§. 49. 50.), necesse est, eum nec velle, ut V. D. M. aliis quam his peccatorum remissionem annunciet & applicet. *Luc. XXIV. 47. Act. I. 43.*

Oportet igitur absolvendum iam ante justificatum esse, & a DEO absolutum, si alias absolutio ministerialis ei proderit. Unde recte & nervose HENR MILLERUS, in *Evang. Schluß Kette Dom quasm.* Die Vergebung muß nicht aus dem Beichtstuhl geholet, sondern in den Beichtstuhl gebracht werden.

54. Quia alii non sunt absolvendi quam pœnitentes & fideles (§. 53.); Sequitur inde, impius nequam & impœnitentibus, hoc beneficium tribuendum esse. *Prov. XVII. 5. Esa. V. 20. Exceeb. III. 3. XIII. 18. 19. XXXIII. 8. Matth. VII. 7.* (*) Quoniam autem DEUS V. D. Ministris commisit etiam clavem ligantem, seu potestatem retinendi peccata (§. 36. 40.); patet, his competere jus, tales, qui aperte impiam vitam gerunt, neque moniti, mores suos in meliores mutare volunt (**), ab absolutione arcendi (***)).

(*) Unde si Sacerdos impio per errorem, aut timorem aut amicitiam, aut alio quovis indecenti modo, peccata remiserit, apud DEUM illud ipsum irritum est.

(**) Studio dixi, ejuscemodi impiis absolutionem denegandam esse, quorum impietas manifesta est, quique ad correptiones amicas seriasque admonitiones obsurduerunt. De occultis enim, quia *κρυπτώνων* non est,

est, judicare nequit V. D. M. Unde si ex ignorantia simplici cupiam hypocritæ remissionem peccatorum annuntiaverit, nulla in eum culpa cadit, dummodo alias partes officii sui in probando eo observaverit. Nam licet multi, ficta pœnitentia, sacerdoti imponant, DEUM tamen nunquam fallere, ejusque oculis fucum offundere poterunt.

(*) Contrarium docuit Lipsienſium quondam lætus *GOTTL. GERH. TITUS*, qui in der Probe des Teutſchen geiſtlichen Rechts A 1701. edito, Lib. III. c. 3. §. 22. p. 472. ſ. omnem excluſionem impœnitentium, ab abſolutione, eamque inſequente S. Cœna, improbat, ac ut rem inutilem, injuria plenam & ſocietati hominum inimicam, traducit, contendens, unius cujusque conſcientiæ & divino judicio id permittendum eſſe, quomodo abſolutionem & S. cœnam frequentare velit; ſacerdotem a obligatum eſſe, ſingulis, qui eccleſiæ ſe annumerent, abſolutionem impertiri, & S. cœnam diſtribuere. Quemadmodum unus error fecunda mater eſſe ſolet multorum errorum, ſic controverſiæ variz cum variis, præcipue *JUSTINO TOELNERO*, inde orta ſunt, quas fuſius enarrant, celeberrimi auctores deſer Unſchuldigen Nachrichten A. 1704 p. 737 & A. 1705, p. 461. & 10. *GEORG. WALCHII*, im dritten Theil, der Hiſtoriſchen und Theologiſchen Einleitung, in die Religions Streitigkeiten der Ewangelisch Lutheriſchen Kirche, cap. V. §. XXIV. p. 116. Pollicem non preſſit, ſed ſubrexit, *TITIO* hæud ſanior, *GOD. ARNOLDUS*, in der Geiſtlichen Beſtalt eines Ewangelischen Lehrers, p. 461. Qui quidem in prioribus ſuis ſcriptis, præſertim in der Kirchen und Keßer hiſtorie Part. II. Lib. XVI. c. 12. p. 140. cauſſam bonam egiſſe viſus eſt; Sed deinde in dicto libro,

verso aniro & calamo, contrariam defendit sententiam. Causam autem inconstantiae & mutationis, monstrat JO. FECHTILS, in der Kurzen Nachricht, von dem Kirchen Bann, Vorrede, p. 2. l.

Quod ad ipsam rem attinet, docemus ac svademus cuilibet V. D. Mo., ut cautissime, cum Divinae directionis invocatione, affectuumque omnium moderatione, in arduo hoc versetur negotio. Tentanda in antecessum sunt alia omnia media, nec nisi raro, ac post diuturnas ad meliorem mentem sollicitationes, consilio cum superioribus communicato, servatis gradibus admonitionis, *Matth. XVIII, 16. 17.* ad extremum remedium hocce accedendum est.

59. Quoniam V. D. M. neminem, nisi poenitentem & fidelem, absolvere debet (§. 53.); Fide autem nemo adulatorum praeditus esse potest, nisi notitia praecipuorum Christianae religionis capitum instructus, *Jo. VI 69. Rom. X. 11. Tim. I. 12;* patet liquido, hominem eorum rudem & ignarum, non posse simul esse fidelem, adeoque nec absolvendum.

(*)

(*) Quid enim quae so, proderit absolutio illi, qui nescit, quid DEUS quid Christus, quid peccatum, quid fides, quid absolutio, & similia, denotent.

De surdis & mutis, qui cum auditus, tum sermonis usu naturaliter destituuntur, posset cuipiam dubium suboriri: quid de eorum absolutione sit tenendum? Resp. Quemamodum Deus sine mediis ordinariis fidem in illis generat & conservat, non secus ac in infantibus ante susceptum baptismum decedentibus, sic etiam nulli dubitamus, quin simili ratione, modo licet nobis inexplicabili, eosdem in cordibus eorum,
de

de impetrata a Se peccatorum absolutione convincat. Proinde V. D. Ministri absolutionis annunciatio ad illos, eo minus necessaria esse videtur, quo magis nobis constat, tales absolutionem ministerialem, nec intelligere neque audire posse. Interim haud inconsultum esse judicamus, si V. D. M. ceteros absolvendos, & ad S. synaxin admittendos, decenter hortatus fuerit, ut pro surdo & muto, illiusque digna ad S. cœnam præparatione, humili mente dum compellent. Esse autem nobis hic sermonem de illis surdis & mutis, qui externis signis, ad pietatem & devotionem compositis, desiderium suum participationis S. cœnæ, nobis exponere poterunt, per se patet. Neque his, quæ diximus, obstat, quod in *Ordin. nostra Ecclesiæ. c. VII. § 3.* sancitum legimus: Dumbæ som lesiva Christel och wissa tecken gifwa, at the astunda NB. aflöstning och H. Natward, skola och ther af, NB. blifwa delachtige quia nos, non de mutis, sed de surdis & mutis simul, ac inde jam a nativitate talibus, nunc agimus.

56. Absolutio, quæ fit absque addita conditione fidei, dicitur *Absoluta*; si v. addatur conditio, *Hypothetica* audit.

57. In nostra ecclesia Evangelica, inter quosdam magni nominis Theologos, quæstio agitata fuit. An V. D. M. debeat *absolute*, vel *hypothetice* absolutionem pronunciare (*)? Cujus decisio, quodam modo ex iis, quæ iam diximus, colligi poterit. Sc. Quum pœnitentes & fideles tantum absolvendi sunt (§ 53.). sequitur V. D. Mm, dum veram ab absolvendo pœnitentiam actam esse, probabiliter novit (**), opus non habere, ut expressam adhibeat

conditionem. Si a de absolvendi pœnitentia dubitaverit, conditionem addat.

(*) Absolutionem *absolute* a V. D. Mo. enunciandam esse, adseruerunt PHIL. LUD. HANNŒCKENIUS, in *Exalt.*, in *Aug. conf. art. XI.* WITTENBERGENSES, in *Scripto D. Spenero opposito*, die Christ. Lutherische Vorstellung. THEOPH. GROSŒEBALER, in *Wächterstimme*, c. X p. 178. alique. Absolutionem a. *conditionate* efferendam esse, optimi & præstantissimi nostri Theologi, idque jure meritoque tuentur. e. gr. MART. LUTHERUS, Tom. VII. *Alten.* p. 395. PAUL. TARNOWIUS in *libr. II de ministr. eccles. c. XXIII. qu. 3.* JO. CONR. DANNHAVERUS, in *Hodosoph. phan. II. p. 86.* PHIL. JAC. SPENERIUS, in *Glaubens Lehre. Dom. quasim.* JO. FECHTIUS, in *Philocalia* p. 175. JAC. CARPOVIUS, in *Theol. revel. Tom. II. §. 1092. p. 940.* & alii plurimi.

(**) Etiam si, ut diximus, omnis absolutio ministerialis semper *in se*, seu quoad sensum, sit *hypothetica*, non tamen expressis verbis hypothesein semper addere conducit. Sc. si penes absolvendum, omnia signa pœnitentiæ, quæ in sensus incurrunt, apprehendantur, ne forte conscientia illius tenella, vel scrupulosa, de gratia Dei anceps reddatur, & insultibus tentationum exponatur. Quando a. frequentior hominum numerus simul absolvendus est, ceu apud nos plerumque fieri solet ante S. cœnam, suademus, absolutionem enunciandam esse *conditionaliter*; Vix enim possibile est, ut sacerdos, tantæ multitudinis pœnitentiam & fidem exploratam sibi habere possit, idque eo minus, quum experientia notum sit, majorem partem, prohi dolor! hypocritis & impiis constare.

§8. Quia Deus omnia peccata nostra, quocunque

der Gypska

que de num venerint nomine, propter fidem remittit (§ 49.), hancque remissionem fidelibus in verbo suo declarat, annunciat & confirmat (§ 50.); Et verbi sui ministris, potestatem, remissionem peccatorum, fidelibus, Evangelii sui applicatione, annunciandi & confirmandi dedit, sequitur, absolutionem ministerialem, ad omnia peccata se extendere (*)

(*) *Vid. ART. SMALC. c. VII. v. 330. & LUTHERUS Tom. VI. Act. p. 1258.* Notamus hoc adversus JO. MERCKERUM, qui in *Untersuchung von dem Schriftdäufigen Verstand des Löse und Binde Schlüssel*, contendit, absolutionem ministerialem non extendere se ultra peccata adversus proximum commissa, & quæ scandalo ecclesiam offenderunt.

59 Quod ad formam, seu modum absolutionis ministerialis, attinet, de ea non convenit inter nostros Theologos; alii namque eam in *collatione* ponunt, ac si V. D. M. ministerialiter homini fidei, tribuat & vere conferat remissionem peccatorum (*); alii iterum in *annunciatione, declaratione, confirmatione & obsignatione efficaci* remissionis peccatorum, semel a Deo collatæ, eam constituunt (**). Adeo ut acerrime, hac de re, superiori cum primis ætate, variis scriptis, inter se pugnarint (***) . Si dicendum quod res est, existimamus hanc controversiam logomachiam sapere, quam ambiguitas vocum, *collativa & declarativa*, pepererit & sustentarit. Nam, absolutio ministerialis, potest, & potest etiam non, *collativa & declarativa* dici: *Collativa* potest dici, si per *collationem* nihil aliud intelligatur, quam efficacem remissionis peccatorum a Deo collatæ, obsignatio, & promissionum e-

vangelicarum de remissione peccatorum, ad hominem fidelem, vivifica applicatio. (****). *Collativa* a. dici nequit in eo sensu, quasi sacerdos vi suæ absolutionis, hominem fidelem iterato justificet, ac remissionem peccatorum, de novo, ei judicialiter conferat & tribuat. Simili modo, *annunciativa, declarativa & confirmativa* dici potest in eo sensu, quod sacerdos homini fideli, verbo evangelii, remissionem peccatorum a Deo collatam, efficaciter annunciet, confirmet & obsignet. Dicitur autem non potest, si intelligatur nuda tantum & simplex voluntatis DEI antecedentis expositio (****).

- (1.) Rationes illorum Theologorum, qui stant pro hac sententia, sunt (1). Eadem ratio est absolutionis, ac aliorum effectuum spiritualium. Sic V. D. ministri, dicuntur homines regenerare, convertere, salvare, non quidem *declarative*, sed *effective* per verbum.
- (2.) Quia ministros absolventes audit, ipsum Christum audit, Luc. XI. 16. Atqui Christus collative remittit, ergo quoque V. D. Ministri.
- (3.) Oeconomus dat donum pauperi, nomine Domini sui, non tantum *declarative*, sed *collative*; ita etiam V. D. M. nomine Dei ministerialiter confert donum remissionis peccatorum, fideli.
- (4.) Deus cooperatur per V. D. M. *Marc. XVI. 20.* jam vero ut Deus remissionem peccatorum operatur *effective*, ita etiam eandem cooperatur.
- (5.) Non absurdum est dictu, Deum unum eundemque actum remissionis peccatorum repetere per ministrum Verbi, in consolationem hominis pœnitentis eo majorem. Quod confirmatur exemplo mulieris peccatricis, *Luc. VII. 48.*

- (*) Horum argumenta & rationes sunt. 1. Ipsa nostra justificatio eorum Deo, declarativa est; non enim infunditur nobis a Deo aliqua peccatorum remissio, sed declaramur ab illo tantum & censetur iusti, propter fidem in Christum. Unde etiam phrasis *justificandi*, ab omnibus orthodoxis, in sensu forensi accipitur, & tantundem valet, ac *justum conferre, habere, declarare*. Si itaque remissio Dei declarativa est, multo magis, talis erit remissio V. D. Ministri, quum servus non sit major Domino suo.
2. Qualis est ligatio V. D. M. talis etiam erit ejus absolutio. Atqui non ligat peccatorem effective V. D. M. Ergo nec eum effective absolvet. Peccati enim reatus est, qui hominem ligat; unde, qui peccata & reatum eorum non confert, ille nec confert ligationem.
3. Quod homini fideli remitti debet, est reatus, quem actione sua legi divinæ contraria, seu peccato, contraxit. Cujus remissio, quum actu ipso nobis obtingit, fit illud per non imputationem illius, ut censeamur & declaremur pro justis. Ut sic vocabulum *collationis*, plane non prædicari possit de remissione peccatorum.
4. Solius Dei est, dona gratiæ conferre, quem honorem, qui sibi tribuit, a sacrilegio non prorsus immunis esse videtur.
5. In libris symbolicis, & apud Theologos nostros, *MULSEMANNO* & *CALOVIO* antiquiores, ne mentio quidem fit, *collationis remissionis peccatorum*; sed illi, tantum non omnes, absolutionem ministerialem, per annunciationem remissionis peccatorum, explicuerunt.
- Sic in *Cat. min.* p. m. 379. consentientibus hæc præscribi-

tur formula: *Reverende Domine, rogo te ut confessionem meam audias & mihi propter Deum, remissionem annuncies.* Cfr. MART, LUTHERUS, *Tom. V. Art. p. 94.* JAC. HÆERBRANDIUS, in *Compend. Theol. p. 682.* MART. CHEMNITIUS, in *Exam. conc. Triid. Tom II. art. de conf. & abs.* CONR. DIETERICIUS in *inst. catech. p. 912.* ALB. GRAVERUS, in *Pract. in d. c. art. XI IO GEORG. DORSCHMANN, in comm. ad Matth. XVI. 19.* FRID. ULR. CALIXTUS, in *Diff. de Conf. & Abs. p. 68.*

(*) Nostri ætate, bis præcipue inter Theologos nostros, de forma absolutionis disputatum fuit,

Videlicet, A. 1703. primo, controversia de quaestione: *Num fidelibus per absolutionem sacerdotalem remissio peccatorum vere & iterato, conferri possit,* exorta fuit, autore SIGISM. BEERENSPRUNGIO, ecclesiaste Tudenhainense, qui theses quasdam idiomate Germanico conscriptas, in lucem prodire fecit, in quibus hanc thesin sibi defendendam sumit: *Scantes in gratia Dei, revera semper remissionem peccatorum habent, qua adeo illis denuo & iteratis vicibus, a V. D. M. conferri nequit.* Huic opposuit THOM. ITTIGIUS, eodem anno dissertationem: *De iterata absolutione peccatricis, sui peccata jam sive remissa, super Luc. VII. 47;* in qua, exemplo mulieris peccatricis, quæ remissionem peccatorum, bis a Christo videtur accepisse, Luc. VII. 47, peccata iterato remitti posse, defendit. Respondit ei BEERENSPRUNGIUS, in *Collatione cum D. Ittigio, Hala A. 1704.* in quo scripto cum initio fallus esset, etiam pios remissionis peccatorum indigere, ritumque absolutionis privatæ improbandum non esse, sed potius remissionem peccatorum, per absolutionem confirmari & obfirmari; ad quaestionem, ipsam negando, respondet, ad-

adductis in medium sequentibus rationibus. (1.) Homo fidelis remissionem peccatorum suorum, quocunque nomine veniant, a Deo habet. (2.) Fideles ligati non sunt, ergo nec solvi possunt. (3.) Quod quis semel possidet, id demum consequi opus non habet. (4.) Absolutio sacerdotalis collativa, pugnat cum testimonio Sp. S. interno, in habitatione Dei gratiosa, Spiritu filiationis. &c.

Ex hac lite enata fuit alia eidem affinis, de eo: Num collativa sit, vel an tantum declarativa, absolutio Ministerialis? Fax & tuba hujus litis fuit JOACH. LANGIUS, Theologus Hallensis notissimus, qui in *Antibarbaro suo*, Tom. II. p. 572, thesin hanc sibi defendendam sumit: Absolutio ministri ecclesie non extendenda est ad collationem, sed est tantum declarativa. Opposuerunt autem se ei quam plurimi, nominatim, VAL. ERN. LOESCHERUS, in *Timoth. Verino passim*. MART. CHLADENIUS, in *Dissert. de natura Absolutionis Epang.* ALB. JOACH. FOKKRACKENWIZ, in *ber bescheidenen Untersuchung von dem Beichtstuhl, & alii*. (****) Hac de re CHRISTOPH. SONNTAGIUS Theologus quondam Altdorfinus, in *Dissert. de cand. calcul. num.* X. p. 37. sic ait. Remissa quidem a Deo sunt, penitenti peccata prius quam accedat confessionarium, & sic realiter, verum nondum remissa sunt σφραγισμός s. obsignatorie. Remissa sunt immediate, verum non mediate per medium & σφραγισμός divinitus ordinatum. Neque tamen divina remissio, confirmatur per humanam, quandoquidem non homo minister, ordinavit hoc medium absolutionis, verum ipse Deus, atque adeo confirmatio ministerialis & mediata, eque a voluntate divina pendet ac immediata. Si quidem infirmitati humana Deus hoc modo consulere, & ad firmiorem certiorationem remissionis in celo impetrata, etiam externum slavici solvenis officium sancire voluit.

(***). SI PHIL. JAC. SPENERUS, in *consp. Germ. Part. 1. c. 1. Sect. 38.* GEORG. GUST. ZELTNERUS, in *Synopsi 1020 marb. Pictis p. 259.* & JO. GEORG. WALCHIUS, in *Einleitung in die Religi. Streitigk. der Ev. Lutherischen Kirche. Tom. II. c. IV. p. 486.*

60. Quia absolutio ministerialis fit verbo Dei (§ 51. quod *vinum est*, & *efficax*, & *penetrantius omni gladio accipiti Ebr. IV. 12.* & per quod Deus ipse homini fideli confirmat remissionem peccatorum (§. 4. sch. * n. 2.), non potest inanis esse & inefficax, sed quam maxime efficax, tam intuitu Dei, ut eam rati habeat, dum modo recte administratur (§ 38. 42.), quam respectu hominis fidelis, ut summum inde percipiat solatium.

61. Quandoquidem efficax est absolutio ministerialis (§ 60.), ultro consequitur, nec utilitate sua eam destitui; Nam multis modis. Deus, qui *dives est gratia & benignitate Eph. II 16*, consulere voluit nostræ infirmitati, ut ad majorem nostram *πληροποιαν* & consolationem, etiam instituerit absolutionem ministerialem (*). De cetero, si verum esset, absolutionem sacerdotis fideli nil conducere, nec verbum Dei ipsi amplius conducet: Jam v. quid est absolutio ministerialis aliud, quam verbum Dei, & applicatio evangelii. (§ 52. § 2.) (**).

(*) Etenim, qui vere fidelis est, & defectuum suorum probe conscius, ille solatium evangelii numquam spernit, sed avidissime illud desiderat. Homines a. qui vana persuasionē perfectionis sibi blandiuntur, & fastu Pharisæico turgent, illis evangelium nauseam parit, & ministerium spiritus exosum est, quo certe, tamquam

forices tuo se iudicio produnt, mentemque suam profanam aprico exponunt.

(**) Graviter LUTHERUS, Tom. VIII. Alt. p. 223: Die helmlische Beichte und Absolution, ist gerathen und gut, um dieser Ursach willen, denn wo und wie oft, du Gottes Wort hören la. st, solstu es nicht verachten, sondern mit Herzl. Begierde annehmen.

62 Dum modo (§. 60.) absolutionis ministerialis efficaciam explicuimus, per se liquet, illam nequaquam derivari aut pendere a qualitate, intentione vel affectu ministri, sed unice ab institutione divina, & insita verbo divino vi, utpote quod semper *in se, est potentia Dei ad salutem omni credenti, Rom 1. 16.* a quocumque demum illud annuncietur. Ut proinde, si ministrum absolventem contingat esse, irrogenitum, isque nihilominus homini fidei, remissionem peccatorum annunciet, absolutionem ejus nequaquam inefficacem, sed penes Deum ratam esse statuamus. Nam quia absolutio ministerialis unice fit verbo Dei (§. 51. 52.), & Deus ipse cum hoc verbo semper unicus est, hominique fidei remissionem peccatorum efficaciter annunciat & confirmat (§. 50.), patet inde remissionem illam, primario & principaliter proficisci ab ipso Deo, cujus adeo virtuti & valori, ministri, nec pietas addere, aut impietas derogare valet. (*)

Cfr. LEONH. HUTTERUS, in LL. CC. Theol. p. 765.

(*) Notandum hoc erit, contra modernos Fanaticos & separatistas, qui virtutem verbi divini, a qualitate ministri dependere, nugantur. Quocirca tamen non diffiteor, V. D. M. si vita illius fuerit notorie impia, illis, cum quibus familiariter conversatur, vel qui de impietate

illius aliquid inaudierant, obesse, quominus verbum Dei, in cordibus eorum, suam exterere possit vim atque efficaciam debitam.

63. Ex iis, quæ hactenus de absolutione ministeriali in se spectata, disseruimus, perspicue constat, quid tenendum sit de absolutione nostra privata (§. 13.), de qua recentiori ætate multum fuit disputatum.

64. Præcipuum controversiæ momentum fuit de origine & jure ejusdem; Num videlicet Absolutio privata, originis vel institutionis divinæ sit, an v. humanæ tantum & ecclesiasticæ? Circa hanc rem non est, ut multum laboremus, quia in præcedentibus (§. 51) luculenter evicimus, absolutionem ministerialem, in se spectatam, esse ab ipso Deo institutam. Quod vero attinet ad varias circumstantias, ut loci, temporis, &c. quibus ecclesia illam melioris ordinis & commodioris usus gratia, pro ea, quæ pollet libertate, circumscripsit, & sic talem ipsi faciem dedit, quali hodie sub absolutionis privatæ nomine conspicitur, nihil in iis deprehenditur, quod jure culpari mereatur. Nam quod præmittatur usui S. cœnæ, facit ad dignam ad convivium hoc sanctissimum, præparationem, unde jam Sec. III. hæc consuetudo in ecclesia Christiana obtinuit (§. 17.). Quod in specie & privatim uni vel pluribus annuncietur, ejus in Sc. S. fundamentum evidentissimum monstratum ivimus (§. 44. 45, 46 47.). Quod confessio alibi generalis, specialis alibi, eam præcedat, consuetudo est laudabilis, itidem in Sc. S. fundata (§. 45 46.

47.) & cum ipsis primordis Christianismi, nata §. 15-16. 17.). Denique, qui eam cum ipsa absolutione Apostolica, supra §. 15) delineata, contulerit, aperitissimam quoad præcipua momenta, videbit convenientiam; unde concludere jam prorsum erit: absolutionem nostram privatam ratione. essentia, originis esse divinæ, ratione a. circumstantiarum, laudabilem sanctionem ecclesiasticam.

Solide & nerve se *FRANC. ALB. EPINIUS*, in *Blataol Fanav. Cap XII. p. 446*: *Non dicimus confessionem juris divini, aut absolute necessitatis esse, cum certum sit, nullum de ea, in scripturis, expressum dari mandatum divinum. Intelligi de confessione & absolutione privata, in circumstantiis suis considerata, non a. de absolutione ipsa in se spectata, ut se ipsum p. 451. explicat. Quamquam confessi antea sumus, privatam confessionem & absolutionem, non esse juris divini ipsata. potestas absolpendi & peccata remittendi, divina est, & a DEO ministris data. cfr. GOD. HOFFMANNUS, in Comm. in a. c. art. XI. p. 230 Ut proinde, egregie mentitus sit JOACH. LANGIUS, dum in antibarbaro suo, Tom. II p 552. hæc scribit: Confessio & absolutio privata, ritus non solum secundum circumstantias, sed etiam secundum essentiam suam, est ἀγραφος, & ab exomologesi Biblica & Apostolica discrepans.*

65. Si adhuc paulo accuratius rem examinaverimus, fructum quoque & utilitatem absolutionis privatæ, prorsus eximiam videbimus. Conducit namque (1) ad majus & efficacius solatium conscientiarum, sub peccatorum mole & onere gementium, & de certitudine remissionis eorum dubitantium. Fieri enim aliter nequit, quam ut dum dulcissimas evangelii promissiones, etiam ad

ad se pertinere audiunt, inde erigantur, & solatium capiant summum. (2) *Ad majorem pœnitentis & fidelis, etiam extra statum tentationis constituti, confirmationem, de impetrata remissione peccatorum (§. 61.). (3.). Ad dignam S. Cœnæ preparationem.* Ad sacratissimas n. has epulas, accedere non omnino convenit, nisi acta fuerit pœnitentia, & remissio peccatorum impetrata; hanc a. quia absolutio multū promovet in nobis, patet inde quantum conferat ad dignam S. Cœnæ participationem. (4) *Ad informationem rudiorum, in capitibus Christiana religionis, quæ occasione confessionis & absolutionis privatæ, commodissimæ fieri potest, ut Sacerdos futuros S. Cœnæ convivas in doctrina, fide & officiis Christianis examinet. (*)*

(*) Hic usus absolutionis privatæ, attingitur quoque in *Art. Smals, Art. VIII. p. 331: Nequaquam in ecclesia confessio & absolutio abolenaa est, præsertim ob juventutem indomitam & petulantem, ut audiat, examinetur & instituat in doctrina sacra. B-ne alicubi BRVNNEMANNUS: Si nulla esset causa retinenda privatæ conf. & absolutionis, certe hac sufficeret, ut pastores animarum, haberent opportunam occasionem singulos monendi sui officii, & a vitiis absterrendi. Nam hoc tempore, hic locus est, ubi etiam ferociores solent submittere se monitis Pastoris.*

NB. In hac institutione Catechetica, id præcipue V. D. Ministro agendum erit, ut, quum plerique homines, falsa & erronea de confessione & absolutione sibi persuadent, ac si illis ex opere operato prodesset, inde a. non levia veræ pœnitentiæ impedimenta gignantur, Catechumenis, quæ vera sit confessionis & absolutionis ratio, perspicue & solide monstretur, & præjudicia ex animis eorum expellantur.

66. Quia absolutio privata, quoad essentiam suam, est institutionis divinæ (§. 51. 64), quoad circumstantias potiores, laudabilis sanctio Ecclesiastica (§. 64), unanimes ecclesiæ nostræ consensu recepta, retenta & stabilita (§. 13. 28.), multamque utilitatem pariat (§. 65); ultro consequitur, eam minime abrogandam, sed adhuc conservandam esse. (*) Si qui abusus in eam irrepere, quos omnino multos & graves, multis in locis inolvisse, cum dolore ipsi fateamur, id per accidens, & præter intentionem ecclesiæ evenit, quos tantum abest ut probemus, ut serio detestemur, atque omni studio evitandos esse, moneamus & doceamus; Abusus interim non tollere debet usum, quam nulla res tam bona sit, qua abuti mala mens non possit. De cetero, nec dum in gratiam Fanaticorum & Separatistarum concedere opus habemus, abusus hos, diluvii instar ecclesiã adeo inundasse, ut omnem prorsus usum, quasi submerferint & suffocarint (**). Dantur n. adhuc DEO laus, sinceri animarum pastores, qui pro grege excubare non intermittunt. Dantur etiam auditores pii DEUMque timentes, qui adhuc ex verbo & voce absolutionis, percipiunt odorem vitæ ad vitam,

(*) Fanatici cum suo *DIPPELIO* (§. 52.) in absolutionem privatam varia convitia effuriunt, quibus se quoque associavit *IO. CASP. SCHADE*, ecclesiastes Berolin, qui in libro: *Verderbliche Praxis des Weichtstuhls, ausser est scribere: Weichtstuhl, Satans Stuhl, Feuer Psuhl, Separatistarum quoque modernorum colluvies impudentissime in absolutionem privatam inveni non desistit*

garriens atque blaterans: *S*erifit och afidsning är ett part
mennifit bud; en fallt fidd till faligheten; ett anticChifti-
fiftt medveten. Et quia hi homines, quo nobis
propiores, eo simplicioribus damnosiores sunt. Argu-
menta eorum breviter excuffiffe operæ fuerit pretium.
Suntque hæc præcipua.

1. Confessio & absolutio privata, nullum plane in ver-
bo Dei habet fundamentum. *R. Contrarium apertiffime pa-
tet ex §. 64.*

2. Est purum putum inventum humanum, adeoque a
Christo rejectum *Matth. XV. 9. Resp. Non esse commensum
humanum patet ex (§. 15. 17. 44. 45. 46. 47. 64. 69.)*

2. *Per statuta, quæ Christum Matth. XV. 9. rejicit intelliguntur
præcepta hominum, quæ ex solo eorum arbitrio, sine ul-
to idoneo fundamento in verbo Dei Deut. IV. 2 & XII. 32.
proficiscuntur; illud v. quod in verbo Dei fundatum est, quodq;
eximiam secum fert utilitatem, pro mere statuto humano, ha-
beri non aebet. cfr. SUM. REVER. DN. PRÆSES, in Colleg.
MSCto Separatiffi opposito, art. IV.*

3. Ex lacunis Papiſticis impuriffimis promanavit, imo rei-
pfa nihil aliud est quam figmentum Papiſticum.

*Resp. 1. Jam fec. III. usu vigere cepit (§. 17) 2. in Papatu qui-
dam pessime corrumpita fuit confessio & absolutio privata (§. 20.
21. 22. 23. 24. 25.) sed scorias Papiſticas Lutherus mascule
eliminauit. 3. Unde nostra confessio & absolutio privata a Papi-
ſtica rato celo differt, quod ex collatione utriusque patet. 4.
Nec omne, quod est in & ex Papatu statim de Papatu est,*

4. Licentiam peccandi hominibus subministrat & abufibus
turpiffimis immersa jacet.

*R. Licentiam peccandi subministrat non per se, sed per accidens, ut
in ſcholis loquimur. 2. Hoc malum non profuit ex ipſo abſolu-
tionis ritu, sed ex malitia hominum, abſolutione abufentium. 3.
De abufibus vid. §. 66,*

5. Est ceremonia plane inutilis & supervacanea.

Rⁱ Contrarium demonstravimus §. 59. & 65.

6. Ille usus, quem nos profluere dicimus, a ritu exomologistico, obtineri alia ratione potest, licet cessaverit.

R. 1. Unius positio non est alterius exclusio. 2. Quia dimittes occasionem bene agendi solennem, ob datas sibi alias, eam non tantum, non excludentes sed stabilientes 3. Ille usus quem separatarum nonnulli, sibi promittunt ex conventione suis privatis, in quibus bestiarum instar boant, fremunt, strepunt & parietes disfrigillant, obtineri quoque alia posse ratione.

7. Absolutio propter nummum confessionarium conservatur, & peccata pecunia remittere sapit Simoniam.

R. 1. Hoc sapit Diabolicam calumniam. Numquam enim in ecclesia evangelica factum credimus a quoquam, ut absolutio vel data, vel accepta sit, tam execranda instituto. 2. In Suecia plurima sunt ecclesiae particulares cannarum rurales, quae prorsus ignorant quid sit nummus confessionarius. 3. Nummus conf. a nemine emungi solet, nec a pauperibus accipi. Cfr. *Theses. Theol. varii argum. ventilatas sub praesid. S. M. REV. DNI. PRÆSIDIS A. 1728. ib. 13 | p. 7.*

67. Quoniam hæc absolutio privata, quatenus est privata (§. 13.), est laudabilis sanctio ecclesiastica (§. 64.), ex libertate Christiana, propter magnam quam secum fert utilitatem (§. 65.), introducta, recepta & retenta (§. 28. 64.): patet inde, eam non absolutam esse necessitatis, quasi sine illa, remissio peccatorum impetrari nequeat, vel quasi ex inevitabili quadam necessitate, in ecclesiam sit introducta; sed hypothetica tantum, a sufficienti ejus in Sc. S. fan-

damento (§. 64), ab insigni, quæ cluit utilitate (§. 65,) & ab obligatione, quæ innocuis ecclesiæ statutis obtemperare tenemur, resultantis.

Unde *coactio omnis violenta*, utpote indoli religionis & cultus divini, totique veri nominis Christianismo, contraria, hinc prorsus exulabit, ut nemo invitus ad eam compellatur, ne carnificina conscientiarum Papistica postliminio introducatur. *Cfr. MART. LUTHERUS, Tom. VIII. Alr. v. 873.*

68. Hinc tamen non sequitur, cuivis illam licentiam concedendam esse, ut ad S. cœnam admitti possit, sine prævia absolutione privata. Nam, quia absol. privata, est ritus in se innoxius (§. 64), & omnibus credentibus, in qualicumque demum constituti sint statu, proficiuus (§. 65); præterea unanimi ecclesiæ evangelicæ consensu, publice & solemniter introductus & usu receptus (§. 13. 28. 64.); Ideo nullam videmus rationem, cur ab ecclesiæ constitutionibus & decretis, ad quorumvis immorigerorum & novaturientium hominum placita, sit recedendum.

Si quis fuerit, qui prætextu scrupulorum conscientie, consuetudini ecclesiæ hac in parte, se applicare posse recuset, sacramque cœnam omiſsa absolutione, sibi præberi efflagitet, ei privatim, omni modestia & prudentia Christiana adhibita, dubia ipsius Sc. Sc. oraculis & rationum ponderibus adimenda docemus, animamque ipsius de indole divina & utilitate copiosissima absolutionis, convincendū. Si hisce nondum acquieverit extremum erit proposuisse ipsi, quam nihil damni & detrimenti inde habeat, si ecclesiæ hoc in puncto condescendat, sed potius, quod pravo exemplo & perti-

nacia, scandalum det infirmioribus, nec non tranquillitatem ecclesiae, vana ejusmodi novitate turbet. Immemor triti illius: *Contra rationem nemo sanus, contra scripturam nemo Christianus, contra ecclesiam nemo pacificus.*

Non diffitemur *MART. LUTHERUM* nostrum, aliquoties absque prava conf. & absolutione privata ad S. coenam accessisse. Ceu patet ex *Tom. VII. Alt. p. 10.* Inde tñ. non sequitur, cuivis hodie idem licere, quum ille non nisi gravibus commotus causis, id fecerit. Sc. I. Us ostenderet, nos absolutionem privatam, non ex necessitate quadam absoluta, qualem Pontifici ei adfinxerant, sed ex libertate Christiana retinuisse. II. Ut opinionem meriti remissionis peccatorum, ex opere, operato ritus exomologetici resultantis, quam simplicioribus sacrificuli & Monachi impresserant, suo exemplo fortius ex animis illorum evelleret. III. Huc accedit, quod illis temporibus conf. & absolutio privata, a scoriis Papisticis nupere repurgata, ad tantam nondum in ecclesia pervenerit firmitatem & maturitatem. De cetero impensissime ipse *LUTHERUS*, conf. & abs. privatam amavit, simulque omnibus fidelibus commendavit. Ut patet ex *Tom. VI. Alt. p. 117* & *Tom. VIII. p. 283.*

69. *Formula Absolutionis*, vocatur illa sententia, quam super absolvendo pronunciat V. D. M., dum ad ipsum remissionem peccatorum applicat. Seu, est ille conceptus verborum, quo V. D. M. absolvendum certiores facit de remissione peccatorum.

70. Olim in primitiva ecclesia, imo usque ad Sec. XII, formula absolutionis *Operative* seu *precativae* pronuntiata fuit, hoc modo: *Christus se absolvat.* Sec. autem XII. efferri coepit illa *indicative*, hac

ratione: *Ego te absolvo.* (§ 24), quæ etiam in nostra ecclesia, tantum non ubique usu obtinuit (§. 13. Schol.); Quumque hæc formula indicativa, nonnullis arrogans visa est, disputari cœpit de sensu & moralitate illius, aliis hanc formulam approbantibus, rejicientibus ipsam aliis.

71. Nos existimamus illam, dummodo dextre explicetur, commodum omnino admittere sensum, adeoque retineri posse. Sc. si modo V. D. M. dicat: *Ego minister Christi & ecclesie, in nomine Dei te absolvo* (*), tum nihil incommodi secum fert formula illa indicativa, sed duplici respectu admitti potest, videl. respectu Dei & respectu ecclesie, quum verbis & Dei & ecclesie absolvat.

(*) Vel si placuerit illi absol. formulæ insistere, quam dedit *Lutherus.* (vid § 13. sch.)

72. Et quidem, quod ad DEUM attinet, quia ille instruxit V. D. M. s. potestate, suo nomine peccata remittendi seu absolvendi (§ 52.); patet, hos tamquam legatos & ministros Dei, jure posse, imo debere hanc potestatem nomine illius exercere, adeoque nil sibi sumere, quod ipsis non comperit, dum dicunt: *Ego minister Christi, i. e. meo ministerio, te absolvo,* dum verbum, per quod DEUS te absolvit, tibi annuncio & applico.

Ut adeo causam non habeamus assentiendi *JOACH. LANGIO*, qui in in. anticarb. Tom. II. p. 367. suadet, ut formula absolutionis consuetæ rejiciatur & commutetur in verbum, respectu impiorum & hypocritarum, quorum major est pars; ratio est, quia absolutio plane non dirigenda est

ad

ad hypocritas & impios, sed ad solos tantum fideles (§. 23.), quibus omnino, ob dictas rationes V. D. M. absolutionem *indicative* annunciare potest.

72. Ecclesiam v. quod concernit, quia illa, dum ministros verbi vocat & eligit, concedit ipsis facultatem jura sua, suo nomine administrandi, adeoque etiam circa crimina, quæ eam scandalo læserunt (§. 32 n. 2). Quo respectu in illo casu, quando quis a censura ecclesiastica liberatur (§. 11.), dicit sacerdos: *Ego te absolvo. Ut sensus sit: Ego minister ecclesie, de-claro te nomine ecclesie absolutum.*

Cfr. SAM. PUFENDORFFIUS, in Tract. de Habitu relig. Christi. ad vitam civil. §. 23. 14 & JOS. BINGHAM, in Orig. Ecclesiast. vol. 2. Lib. XIX. c. 2. §. 4. f. p. 211. f.

SECTIO V.

PRACTICA.

74. **D**Octrina hæc de absolutione, quam fute & evidenter exposuimus, uberrimam nobis, pro formandis vita & moribus nostris, præbet messem, quam quia omnem demetere non valemus. spicilegium tantum quoddam instituemus, & quid hinc discamus, brevibus indicabimus.

75. Et quidem tam ipsi V. D. Ministri, quam auditores, hinc quæ sibi incumbant, colligere poterunt.

76. Respectu V. D. Ministri, nascitur hinc ipsi. I. *Incitatio* ad agendum vitam sanctam & inculpatam.

Qui enim alios a peccatis absolvere vult & liberare, ante

te omnia det operam, ne ipse iis victus & ligatus sit. Etiam hic valet tritum illud: *Medice cura te ipsum.* Et profecto mala & scandalosa sacerdotis vita, apud auditores suspicionem excitare solet, absolutionem ejus haud esse ratam. Nam quomodo quæ o, conscientia tenera & afflicta, tranquillari potest absolutione ejus, qui se potius adversarium Dei gerit, quam ministrum ejus. Nonne *servus* ejusmodi *perditionis*, sua culpa efficit, ut absolutio & dulcissima remissionis peccatorum annunciatio, quæ odor vitæ ad vitam, & ipsi & suis esse debebat, reddatur & sibi & autoribus suis, odor mortis ad mortem? Nonne hujusmodi filio tenebrarum, jure meritoque oggeri potest, illud summi Dei ad impios quosvis dictum: *Psal. LI. 16. 17. f.* Hujusmodi a, carcinomata, & sacri ordinis opprobria, ubique reperiri, est quod ex intimo corde dolentis. Væ illis, quia non modo sibi ipsis exitio & pernicii sunt, sed etiam oves Christi, pretiosissimo ejus sanguine emtas & redemptas, lupo infernali misere dilaniandas exponunt.

77. (II.) *Exstimulatio ad dexteritatem in officio*, ne videl. ulli impœniteni, ex favore, vel alio respectu personæ, remittat peccata, sed servum & dispensatorem fidum, bonorum Domini sui se præster.

Non vult JO. CALVINUS, in *Harm. Evang. an Matth. XVI. 19.* *Hæc fiducia instruiti*, sc. quod legati Dei sint, *pii auctores sibi & aliis intrepidi erunt sponsores vificæ Dei gratiæ, nec minus animose in præfatos doctrinæ suæ contemptores fulminabunt.*

78. (III.) *Excitatio, ad peragendum etiam hoc in puncto*, opus evangelistæ, & plenam fidem ministerii sui faciendam, 2. *Tom. IV. f.* ne superficialiter & somnolenter, sed

sed serio, gnaviter & fideliter officio suo fungatur.
*Vid. CHRISTOPH. MATTH. PFAFFIUS, in instit. Theol. Dogm.
 & Mor. Part. 3. p. 636.*

79. Respectu auditorum, profuit hinc, (I) *Admonitio ad seriam & sinceram pœnitentiam.*

Ne videl. V. D. M. ficta pœnitentia fucum faciant, probe scientes, se si hominum oculos & iudicium fallant, *DEUM* tamen non decipere, quippe in cuius conspectu paruli sunt & nudi, *Jer. II. 22. Ebr. IV. 13.* qui tandem hypocrisin eorum puniet & ulciscetur. De cetero, non lacteat se inani persuasione, absolutionem ex opere operato, absque vera pœnitentia prædesse. Fraus hæc est satanæ, qui hoc dolo myriades Christianorum in condemnationem præcipitavit.

80. *Commonefactio ad reverentiam erga ministerium verbi.*

Consistit hæc in eo, ut habeant eos seu etiam sunt, pro ministris Dei, *1. Cor. IV. 1.* monitis eorum faciles præbeant aures, *Ebr. XIII. 17.* & absolutionem ab iis profectam, pro voce & sententia, non hominis, sed ipsius Dei reputent, cui per illos dulcissimam evangelii vocem annunciare & applicare placuit.

81. *Solacium* multo jucundissimum inde conciliatur omnibus piis & vere fidelibus animis, quod ratum coram Deo sciunt, allatum sibi a mortali homine salutis nuncium.

Jo. D. G.



Dn. ERIGO LEMQVIST,

Auctori & Respondenti Dissertationis eruditæ, de
absolutione, Amico suo honoratissimo.

Reperiuntur nostra ætate homines, in aliam illam celestem veritatem maxime injurii, qui opiniones erroneas, cum ex veterum tum recentiorum Hæreticorum lacunis haustas, spargere & propugnare omni studio nitantur. Hi toti in eo sunt, ut credula plebecula, cui ea non est perspicacia, qua verum a falso discernere possit, perniciosissimo suo toxico imponant. Quum vero colluvies hæc, diæteria sua, precipue in potestatem clauium regni cælorum erigere malatur, nullo certe alio modo hoc malum, ne in immensum serpat, coerceri potest, quam si detegantur errores, & veritas a corruptelis vindicetur. Tu igitur, Amice suavissime, qui copiosam cælestis scientiæ suppellectilem Tibi comparasti, cum De Absolutione, eruditam consignaveris dissertationem, rem fecisti sinceris veritatis cælestis studiosis exoptatissimam, parentumque Tuorum desiderii ex asse respondentem. Deus ipse auxit, ut quem a pueritia cursum tenere cœpisti, felicem & secundum experiaris, in ecclesia commodum & proprium smolovensium.

Sic gratulatur & vobis.

JAC. OLAUS BRANDER
Satacundensis.

Dn. AUCTORI.

Vincula solvi
Quomodo possint
Nostri reatus,
Frater amande
Hoc tuo scripto
Docte demonstras
Riteque doces;

Gratulor ausis,
Voveo summi
Numinis opem
Ut aliquando,
Claviger ipse
Regni cælorum
Fias, evadas.

ZACH. LUNDAN.

Tit Herr AUCTOREN,

Då han i Bibo med verdm disputerade om Ekristermål.	
J gifwen härmed klart vid hand	Tro vishet dras ei in med sans,
Hur I min Wån, vid aura stränd	Och vinnes ei i sans och dus;
Ehr tid ei fåfängt mistat,	Ei fås med stolta miner;
Då I med ord af mycken wigt	Nei hufvudbråk och sömnlös natt
Beskrifwen Seriftermäli och Bicht	Du hafwa måst om du den ståt
Hwarom så många trostiat.	Skal få, som prästeg stiner.
Det loftar mer än mången tror,	Min wårda Wån I wisen här,
Ut räknas så bland deras Ehor,	Ut I bånd lærdas antahl är;
Wi grundligt lärda prisar:	Sam namn med gagnet bära;
Man får ei sånds bli rost och stumm;	En duffar jag af hjertans grund,
Ut man just er är någon dum	Ut I må få i duffad stund
Bör man med prof bewisa.	Ehr lärdoms frucht upskåra.

PETR KALM.

Hastigt af Upsala den 10.

Martii 1741

ERICUS LEMQUIST

Per anagramma: SIC SEQUITUR MEL

Fructus sunt dulces, at radix fertur amara
Doctrina. Cupiens mellitos edere fructus
Illius; primitus stirpem gustabit acerbam.
Tu certe expertus es hoc doctissime LEMQUIST,
Mox uberem poteris ejus colligere messem
SIC post fel SEQUITUR tibi MEL, sic nectare suavis
Te potent Mela, fel quæ propinare solebant.

Wirmoa die 17. Maji

appo:uit

A. 1741.

JOHANNES LAHNDER.

Tven/Ka
Sij Herr RESPONDENTEN.

Jag ser Min Wån / hwad du med lärdom wåner /
Du skynda wilt med allo sit du binner /
Snart slippa opp på Pindi skidna högd /
At finnas der ibland the lärda nögd.

Jag ser ditt wärck / som utaf lärdom lysar /
At du hoos dig / förstånd och wett nog hysar /
Din ungdoms tid du ej til lust och skämt
Anwände / men det tig pryda kan alt samt.

Utaf ditt wärck / du ter oss fram helt färdigt /
Du wissa skall / at Skriftermål är wärdigt :
Den tanning du stadfast med fulla skåhl /
Du äfwen skall förswara lärdt och wähl.

Jag skall ännu til slut af hierrat önska /
At du min Wån må stedz i lärdom geduska :
Och sedan när alt sammans gådt förby /
Du med en heders tjenst må ändtlig fågnad bli.

Wålment lämnat
Af
PETT. HORNBORG
Satacund. fenn.